



462
8


HENR. GÜNT. THÜLEMARII
OPUSCULA
de
BULLIS,
AUREA BULLA
CAROLI IV IMPERAT.
CAROLUS IV IMP.
LEOPOLDUS I MAGNUS.

HENRICI GÜNTERI THÜLEMARII

JCti, Sacræ Cæsareæ Majestatis Consiliarii & Comitis Palatini, ut & Divers. Imperii Stat. à Consiliis intimis & regim.

TRACTATIO DE BULLA AUREA, ARGENTEA, PLUMBEA ET CEREA

in Genere, nec non in Specie

DE AUREA BULLA CAROLI IV IMPERATORIS.

Accedunt

I. Textus *Aureæ Bullæ* CAROLI IV Imper. anno 1356 Norimbergæ & Metis sancitæ ex *Autographo Francofurtano* fideliter descriptus.

II. Copia MSti Aureæ Bullæ Carolinæ, quod in Augustissima Bibliotheca Vindobonensi invenitur, atque anno 1400 jussu *VVenceslai Imp.* confectum, multisque imaginibus pulcherrimè pictis & deauratis exornatum, hîc iisdem figuris affabrè æri incisis exhibetur.

III. & IV. Copiæ duarum *Versionum Germanicarum* Aureæ istius Bullæ, quæ in dicta augustissima *Bibliotheca Cæsarea* & *Curia Francofurtana* custodiuntur.

V. Aurea Bulla Andronici Imperatoris Constantinopolitani cum *Notis & Addit.*

VI. Aurea Bulla Brabantina cum *Commentar.*

VII. Capitulatio MAXIMILIANI II Imperatoris ex Originali, quod in Serenissimi Electoris Palatini Archivo adservatur, integra edita.

Cum gratia & Privilegio Sacræ Cæsareæ Majestatis.

FRANCOFURTI AD MOENUM,
Sumptibus Joannis Melchioris Bencard.
ANNO CIↃ IↃC XCVII.

Omnium Serenissimo, Potentissimo & Invictissimo Principi ac Domino


DOMINO LEOPOLDO MAGNO

D.G. ROMANORUM IMPERATORI SEMPER AUGUSTO,

Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ REGI, Archiduci Austriæ, Duci Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchioni Moraviæ, Duci Lucemburgiæ, superioris & inferioris Silesiæ, Würtembergæ & Teccæ, Principi Sueviæ, Comiti Habsburgi, Tyrolis, Kyburgi & Goritiæ, Landgravio Alsatiæ, Marchioni S. Romani Imperii, Burgoviæ ac superioris & inferioris Lusatiæ, Domino Marchiæ Sclavonicæ, Portus Naonis & Salinarum, &c. &c.

Imperatori ac Domino meo omnium clementissimo.

AUGUSTISSIME IMPERATOR,
DOMINE OMNIUM
CLEMENTISSIME!



Ationes, ob quas SACRÆ CÆSAREÆ VESTRÆ MAJESTATI hæc *Opuſcula* conſecrare audeam, non longè ſunt petendæ. Ipſum *Eorum* argumentum apud TANTUM IMPERATOREM clementisſimam ſibi admisſionem promittit. Agunt nempe non tantum de Bullis, quas inter *Aurea* in Divorum Rom. Imp. Ferdinandi III & Regis Ferdinandi IV S. CÆS. V. MAJEST. Genitoris & Fratris, beatisſimæ glorioſisſimæque recordationis,

Capi-

Capitulationibus antiquissimum regentis Romanorum Imperatoris vel Regis insigne appellatur, sed & inter alia continent Constitutionis Carolinæ, quæ per excellentiam *Aurea Bulla* dicitur, Copiam Latinam, ex elegantissimo atque curiosissimo variisque inauratis & coloratis imaginibus ac picturis exornato Imp. Wenceslai Codice MSto, qui in S. CÆS. V. MAJESTATIS incomparabili Bibliotheca aulica Viennæ custoditur, & ad EJUSDEM clementissimam indulgentiam per Celeb. Virum Danielem de Nessel Augustissimo thesauro librario Præfectum mecum communicatus est, confectam. Quemadmodum Ista toti huic libro decus & splendorem conciliat, ita S. CÆS. V. MAJ. immortales pro ea persolvo grates, &, quoniam id clementissimè permisit, *hæc Opuscula* humillimè inscribo, dico & dedico.

Suscipe itaque INVICTISSIME IMPERATOR, DOMINE OMNIUM CLEMENTISSIME, has philyras, quæ ad S. CÆS. V. MAJ. delubrum maximâ mentis meæ submissione deponuntur, ac non sui, non Editoris, sed argumenti fiduciâ divinum EJUS vultum subire conantur, benigno animo & serenâ fronte, quibus me ante lustrum Consiliariis Tuis adscripsisti, & Principis ablegatum in Augusto Tuo conclavi dicentem audivisti, nec non

ad ſacræ Tuæ manus oſculum admiſiſti. Quod ſi à S. CÆS. V. MAJESTATIS notisſima & æternùm prædicanda clementia obtinuero, felicem me putabo.

Deus SACRÆ CÆSAREÆ VESTRÆ MAJESTATIS ſceptra ſecundet, & EANDEM Triumphantem & Victorioſam cum Sacratisſimo *Romanorum Rege* JOSEPHO, Serenisſimóque *Archiduce* CAROLO, maximo Reipublicæ bono & ſolatio natis Principibus, conſervet! Summum Numen faxit, ut longævæ felicitatis exemplum in *ILLIS* præſens veneretur ætas poſteritasque admiretur. Nepotibus noſtris demum dies notus ſit, quo Europææ Gentes LEOPOLDUM MAGNUM, orbis delicium, cœlo redonatum videant. Id omne ut eveniat calidis votis & ſuſpiriis optat

SACRÆ CÆS. V. MAJEST.

omnium humillimus & æternùm devotiſſimus ſervus

Henr. Günterus Thülemarius.



HENRICUS GÜNTERUS THÜLEMARIUS


L. H. S. D. P.

EX multorum Virorum Clarissimorum allegationibus, & ad me exaratis epistolis, atque brevi distractis exemplaribus quia percepi Eruditis non displicuisse *Opuscula mea de Bullis* anno CIↃ IↃC LXXXII & LXXXVII Heidelbergæ luci publicæ commissa, Amicorum ac Fautorum quorundam humanissimis admonitionibus locum dedi, & *Tertiam hanc Editionem* prioribus duabus non solùm emendatiorem, sed & Copiis Trium præstantissimorum & rarissimorum A. B. MStorum (quæ in Augustissima Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi, & inclutæ Reip. Mœno-Francofurtanæ archivo diligentissimè custodiuntur) variisque notabilibus additionibus auctiorem, adornavi. Rara quoniam avis est liber erratis immunis, ideò *Benevolus Lector* non mirabitur, quod & hac in Tractatione σφάλματα nonnulla χάφικα per typothetæ incuriam occurrant, quorum extantiora hîc notamus: Paginâ 9. *n.* 14. *lin.* 12 legatur *Swarzburgico* pag. 12. *n.* 5. *lin.* 1. leg. *Hartmuotus* pag. 13. *n.* 9. *lin.* 3. leg. *appellatur Codex argenteus.* pag. eâdem *lin.* 8. leg. *Nuenarii* pag. 26. *n.* 23. *lin.* 5. leg. *tum etiam eadem* pag. 43. *n.* 13. *lin.* 3. leg. *anno* 1530. pag. 49. *num.* 6. *lin.* 3. leg. **dir Kurfursten** lin. 4. pro **unse** lege **bußze** & **nachkomen** & **zugehorint** pag. eâd. *n.* 8. *lin.* 4 leg. *splendent* pag. 66. *num.* 12. *lin.* 1 lege *Vries* pag. 67. *num.* 15. *lin.* 1. leg.

Aurea Bullæ, pag. 68 *lin.* 21. leg. *Consiliarius*, eâd. pag. *lin.* 23. leg. *inveniatur*. In Indice sub S. pro *propullare* leg. *pro bullire*. Reliqua, quæ fugitivus oculus haud observavit, quilibet pro humanitate sua corrigere haud gravabitur. Scrib. in Museo Mens. Novemb. anno salutis reparatæ M DC XCVII.



Ex



Ex literis Cl. D. D. Neumanni d. 13 decemb. anno 1686 ad H. G. Thülemarium ſcriptis.

DE cætero: propoſitum tuum, Vir Excellentiſſime, *Opus de Bullis* cum inſigni augmento edendi non poſſum non probare. Nam meretur liber, cujus à biennio in multis tabernis librariis nulla amplius reperiuntur exemplaria, ut iterum imprimatur. Et omnes boni huic inſtituto favebunt, quibus haut ignotum, quo præconio illum mactaverint Eruditi Lipſienſes in actis ſuis anni 1683, & in Scriptis ſuis Viri Celeberrimi Dietherrus, Wagenſeilius, Swederus, Scriptor nitidiſſimæ relationis Hiſtoricæ Francofurtenſis, Editor Argentoratenſis obſervationum Limnæi ad A. Bullam, aliique, quos allegâſſe eſt cauſam viciſſe. Neſcio an legeris Commentationem doctiſſimam Ampliſſ. Wagenſeilii de Sacri Rom. Imp. Officialibus & Subofficialibus non ita pridem Altdorffii editam, in qua honorifica operis tui de Bullis aliquoties mentio facta. Ut autem magis mihi fidem habeas, en ipſa verba quæ cap. 6 occurrunt: *Nobiliſſimus Vir & Academiæ Heidelbergenſis ſolidum ornamentum Henr. Günterus Thülemarius ante biennium Aureæ Bullæ authenticum exemplar, quod Francofurti in Curia aſſervatur, quodque ſigillum Caroli IV aureum habet appenſum, accuratâ diligentiâ ſecundum literas apicesque omnes deſcripſit, & apographum hocce præſtantiſſimum publicis uſibus, quod grato agnoſcimus animo, dicavit.* Et porrò: *Pateret hic campus ampliſſimus excurrendi per elegans argumentum de ſigillis & bullis Imperatoriis, ſed quia Nobiliſſ. Thülemarius peculiari, eoque eruditiſſimo de Bulla Aurea, Argentea, Plumbea & Cerea libro, omnia præcepit, hunc ſectari Doctorem Lectores noſtros jubemus, referentque operæ pretium, qui nobis obtemperabunt.*



INDEX CAPITUM TRACTATIONIS de BULLIS.

HENR.



HENR. GÜNT. THÜLEMARII.

TRACTATIONIS

DE

B U L L I S

CAPUT I.

De varia *Bullæ* significatione.

I.

DE Bullis quia quædam ſcribere animus eſt, haut inconveniens eſſe exiſtimo, ſi nonnulla de diverſa earundem acceptione in chartam conjecero.

2. Apud Romanos varia vocis Bullæ erat ſignificatio. Nam ibi ſcutulati clavi, quibus oſtia Nobilium decorabantur, bullarum nomine veniebant, quod ex Plauto apparet, apud quem *in Aſin. act. 2.* hæc leguntur: *juſſin' in ſplendorem dari bullas has foribus noſtris.* Cicero hanc in rem *orat. 9. in Verr.* ita loquitur: *bullas omnes aureas ex his valvis, quæ erant multæ & graves, non dubitavit auferre.*

3. Apud eoſdem quoque *bulla* aurea vel argentea erat ingenuorum puerorum prætextatorum ornamentum, quod innuit Cicero *orat. 1. Verr. in fin.* inquiens: *Bulla in toga prætexta erat ornamentum pueritiæ.* & Perſius *Satyr. 5*

Cum primum pavido cuſtos mihi purpura ceſſit.
Bullaque ſuccinctis laribus donata pependit.

4. Bulla iſta (quâ primum Tarquinii Priſci filius, quod anno decimo quarto hoſtem interfeciſſet, à patre donatus dicitur, Plin. *hiſt. nat. lib. 33. c. 1.* Macrob. *lib. 1. Saturn. c. 6.* Alex. ab Alexand. *genial dier. lib. 2. c. 25.*) pueris â pectore dependebat, ut (juxta quorundam opinionem) ſignificaretur eam ætatem alterius regendam conſilio. Erat autem hæc bulla rotunda & in cordis figuram formata, ut eam inſpicientes homines ita demum ſe eſſe cogita-

 rent,

rent, ſi córde præſtarent, Macrobius Theodoſius (*) *dicto lib. Saturn. cap.6.*

(*) is à veteribus ἁπλῶς *Theodoſius* vocatur. Hoc probat Johannes, ſive Erigena, ſive alius: *in appendicula opuſculi de differentiis Græci & Latini ſermonis.* Huic ſuffragatur Ovidii antiquus interpres in Ibin: *tyrannus*, ait, *eſt communis generis: nam* Theodoſii Grammatici *eſt regula, quod nomina profeſſionem aut dignitatem ſignificantia ſint communis generis*, vid. Cl. Paul. Colomeſ. *in Cimel. liter. c.38.* Ante quem hæc omnino conjecerant Petrus Pithoeus & Jacobus Sirmondus. *Ille* ad *poëmatia vetera p.474.* verbis: *hujus generis fabulæ ſunt illæ ad* Theodoſium, *fortean* Macrobium. Hic ad Sidonium p.4. Quem Macrobium dicimus, Avienus in epiſtola, quam Æſopicis ſuis fabulis præfixit, & Boëtius *Theodoſium* vocant, nec dubium, quin hoc verum ejus nomen fuerit, quod poſtremum eſt, cum adjectis cæteris Macrobius Ambroſius Aurelius Theodoſius nuncupatur.

5. Sumitur etiam *bulla* pro aquæ tumore. Sic *bullantes aquas* dixit Plinius, quaſi bullis tumentes; *fontem affluentem bullis* Apulejus lib.4. Hinc *bullare* apud Cornel. Celſum *eſt bullas facere* id eſt tumores: *ſi urina bullat.*

6. Scriptoribus inferioris ævi *bullæ* denotant orbicularia quædam ornamenta, à quibus vox *Boule* (globus ſeu ſphæra) apud Gallos originem traxit, Joh. de Janua: *ut generaliter dicatur, omnia ornamenta aurea vel argentea quæ fiunt quaſi inflata, bullæ dicuntur.* Gloſſ. Iſid. *bullæ, ornamenta regalia vel camelorum*, & mox: *bullæ ſtramenta regalium camelorum*, ubi cum Dn. Cangeo *gloſſ. voc. bulla* legendum putaverim *ornamenta*, quomodo apud Papiam: *bullæ, ornamenta regalium puerorum vel equorum, dictæ quod ſint ſimiles bullis, quæ in aqua inflantur.* Antiquus Juvenalis interpres Satyr. 5. *antiquitus nobilium pueri bullas aureas habebant pauperum de locis, ſignum libertatis.* In hoc ergo ſignificatu bullas accipiendas autumo apud Apulejum lib.6. *bullisque te multis inoculatum, veluti ſtellis relucentem ſaginabo.* Anaſtaſius *in Sergio II.* ita: *Gabathas inter raſiles deauratas cum bullis duabus*, & *in Leone IV.* ſic: *cum gemmis ac bullis aureis.* Leo Oſtiens. lib. 3. c. 31. *alteram quoque iconam rotundam argento veſtitam, argenteis etiam bullis extrinſecus in gyro circumdatam tranſmiſit.* Dudo *lib. 3. de Norm. morib.* ita: *enſem ex auri ſex libris in capulo bratteolisque atque bullis artificialiter ſculptum.* vid. Cangeus *d. loc.*

7. Quandoque *bulla* deſignat typum ſigillarium, quo bullæ ipſæ inprimuntur. Joh. de Janua: *Bulla ſigillum, quod ceræ imprimitur.* Hucbaldus *in vita S. Rictrudis c.15. Et ut clarâ editus proſapiâ, Regis quoque præclarus fulſit in aula, regia honoratus bulla, utpote prudens. Notarius regalium præceptorum conſcribens edicta.* Hariulfus *lib.1. Chron. Centul. c.6.* de Mauronto: *in aula ejuſdem Regis militavit, & ut nobilis Regiæ bullæ vel ſigilli baculus.* Nicetas Choniates *in Codice barbaro-Græco* iſtiusmodi typum ſigillarium Conſtantinopolitani Imperatoris Χρυσόβουλλον appellat, & μετὰ λίθων λαμπρῶν id eſt *lapillis adornatum* fuiſſe inquit. Harmenopulo *lib. 6.*

c. 14.

c.14. & in Menæis Græcorum 11. Nov. in S. Mena βυλλωτήριον dicitur. Cang. *d. voc.*

8. Sæpius *bulla* ſumitur pro ipſo ſigillo, quod chartis appenſum eſt. Id patet ex *c. licet X. de crim. falſ.* & Synodo Romana ſub Papa Eugenio 2 anno Chriſti 826. *cap. 18.* apud Luc. Holſtenium *de dimiſſoriis epiſtolis*: ibi: *Metropolitani bulla eas muniri oportet.* Huc faciunt verſus de Vicelino Epiſcopo Bremenſi:

Chartas conſcriptas, & res in ſcripta redactas
Bullis firmavit bannoque ſuo ſtabilivit
& porrò:
Scriptis firmavit hac & bulla ſolidavit.

9. Hactenus dictas ut & alias bullæ notiones Ebrardus Bethunienſis *in Græciſmo* obſervavit, quando ait: *Bulla, tumor laticis, Nola, Sidus, Gemma, Sigillum, Bulla notat Gemmam, Stellam, Veſtem puerorum, ornamenta ſil.... bullas & balthea ſignat.*

10. Quoniam bulla deſignat ſigillum, ideò *Bullator* ſumitur pro *ſigillatore* in *c. licet §. eos etiam X. de crim. falſ.* & apud Petr. de Vineis inquientem: *exiſtens ipſe bullator & ſcriptor & forſitan numerator.* Nihil aliud quoque eſt *bullare* (*) quam *ſigillare* Ratbodo Epiſcopo Treverenſi: *hanc ergo epiſtolam annulo noſtræ eccleſiæ bullare cenſuimus.* Urſus ſubdiaconus in vit. S. Baſilii Cæſarienſis cap. 10. *& plumbo bullavit chartam illam.* Anaſtaſius Bibliothecarius in vita S. Joh. Eleemoſyn. n. 94. *non potes ſcribere & bullare? abiens ſcripſit propriâ manu peccatum & bullans portavit beato.* Henr. Rebdorf. *annal. ad ann. 1352* verbis: *cum anteceſſor ſuus aliquas gratias præter conſcientiam Vice Cancellarii bullari juſſerit.*

(*) *bullare* quandoque accipi pro στιγματίζειν ſeu ferro candenti maleficos urere notat Dn. Cangeus *Gloſſar. voc. bulla* additque Italos hoc pœnæ genus dicere *bollare*, hancque vocem occurrere in ſtatutis Venetis *lib. 6. c.* 78. & in libro promiſſionis maleficii *ibidem cap.* 7.

11. Sic *disbullare* eſt ſigillum avellere, *diſſigillare.* Interpres antiquus ſextæ Synodi act. 15. *& disbullata eſt hujusmodi charta.*

12. Literæ hinc *bullatæ* i.e. ſigillatæ dicuntur Arnoldo Lubecenſi *lib. 7. hiſt. Slavor. cap. 14.* ibi: *& Rex vade ait, & poſt modicum revertere, & invenies literas bullatas.* Fridegodo *in S. VVilfrido cap. 28.* chartæ *bullatæ*, ibi: *Bullatas offert ſignato cortice chartas.* Petro Diacono *in* Chronico Caſinenſi *lib. 3. c. 57. charta aureâ bullâ bullata.* Apud eundem *dicto lib. 3. c.* 7 dicitur: *præceptum aureâ bullâ bullatum.* Hac de cauſa etiam dicuntur *Bullati* Doctores, qui absque examine Academico & promotione ſolenni literis bullatis per Comitem Palatinum gradum adipiſcuntur, Freher. ad Petr. *ab Andlo lib. 2. c. 5.* Höping. *cap. 3. de jur. ſigill. n. 20.* Arum. *ad A. Bull. diſc. 1.*

 quæſt. 4.

quæst.4. Celeb. D. Gerh. Feltman. *diss. de promotione absent. c.4. n.3.* Ego *in Octoviratu cap.7. n.24. & schediasm. de A. Bulla n.6.* Kirchman *de annul. c.8.* Dietrich *not. ad Aur. Bull. pag.3.* Pro epistola sigillata *boletum* quoque sumi testatur Tabor *lib. de metatis pag.117.* & Cl. D. Dietherr, Amicus æstimatiss. *in orbe novo Literator. seu contin. Besoldi thes. pract. voc. Bollet.*

13. Bulla aliquando accipitur pro ipso diplomate sigillo munito; testatur id Wildebrandus ab Oldenburg *in itinerar. terræ sanctæ*, ibi: *ita ut hospes, si terram intraverit absque regia Bulla exire non possit.* Brompton: *& super hoc ostendit bullas & alia munimenta, quæ inde præ manibus habuit.* Hoc autem sensu non solum in lingua Latina sed & Germanica diplomata dicuntur Bullæ, quod ex Recessibus Imperii, Cæsarum Capitulationibus, aliisque scriptis patet, ubi frequenter mentio fit **der güldnen Bullen.**

14. Inde videmus errare Brianum Twinum *lib. 1. apolog. antiq. Oxon. n.114.* Christoph. Colerum παρέργων c. 4. & Anton Cuccium *de majorum institutis*, qui bullas in modo dicto significatu deducunt ἀπὸ τῆς βουλῆς *à consilio.* Tralatitium namque est diplomata, non consilia, sed rescripta Principum, eorumque privilegia implorantibus concessa continere.

15. Ad hanc classem spectat quoque Sanctio illa Imperii pragmatica, quam Imperator Carolus IV anno 1356 quarto idus Januarii & die nativitatis Christi Noribergæ & Metis cum Statuum Imperii consilio promulgavit, ac de electione Cæsarum & Electorum potissimum dignitate in illa disposuit (cujus totum contextum post hanc Tractationem videbis) quæ *Aureæ Bullæ* nomine inclyta est.

16. Hæc autem non inde tale nomen accepit, ac si aureas res ac leges contineret (quod tamen multis placuisse video) sed quod majus Imperatoris sigillum (quod *Bulla* inde vocatur *d. cap. licet X. de crim. fals.* quia capsulæ cuidam ex auro, argento vel plumbo inclusum appenditur) adfixum habet. Et sic συνεκδοχικῶς Aurea Bulla ab ejus adpensione appellatur.

17. Hanc in rem loquitur Joh. Trithemius *in tom. 2. annal. Hirsaug. p. m. 230. edit. Sangalli anno 1690.* ita: *Anno 1356. Carolus Imperator* de rege Germanorum eligendo futuris temporibus ad imperium, constitutionem & novam atque notabilem fecit, de consensu omnium regni Procerum, pro cujus confirmatione perpetua *sigillum* jussit infigi *aureum*: unde & *Aurea Bulla* est nuncupata usque in præsentem diem. Et Albertus Cranzius *lib.9. Saxon. c.29.* inquit: *multa constituens* (Carolus 4.) *quæ usque in hodiernum observantur, & aureo sigillo de super literas decernens appellari jussit Constitutionem Imperialem* BULLAM AUREAM.

18. Hinc est, quod *sigilla* eodem tropo pro *Rescriptis sigillatis* legantur in legibus Langebordorum *lib.2. tit.55. cap.2.* & Bojorum *c.14.* Constantinus

tinus Porphyrogenitus Imp. *de admin. imp. c. 49.* ἐποίησε καὶ σιγίλλιον λέων. P. Siculus *de hæres. p. 50.* καὶ λαβὼν παρὰ τοῦ βασιλέως σιγίλλιον. Isaacius Comnenus in Novell. ἐν τοῖς σιγιλλίοις τῶν παλαιῶν πρακτικῶν ἀναγράφονται. Adde legem Alamanorum *tit. 23. §. 4.* Decretum Tassilonis *de legibus popularibus §. 17.* Dn. Joh. Strauch. *diss. de Statut. à summo Princ. num. 43.*

19. Quemadmodum veteribus non una erat bullæ species, quippe ingenui portabant auream & nonnunquam argenteam, libertini autem & plebeii scorteam, Macrob. *d. loc.* Lazar. Baysius *de re vestiaria c. 10.* Henr. Salmuth *ad Panciroll. de reb. deperd.* Polyd Vergil. *lib. 3. de rer. inv. c. 6.* sic & sequiori ævo materiâ differentem illam & quadruplicem fuisse notavit Jul. Cæsar Bulengerus *de Imperat. Rom. lib. 2. c. 11.* allegans eum in finem *Codinum*, *Curopalatem*, *Luitprandum* & *Georg. Phrantzen*, scilicet (1) χρυσόβουλλον seu *auream* (2) ἀργυρόβουλλον seu *argenteam* (3) μολυβδόβουλλον seu *plumbeam* (4) κηρόβουλλον seu *ceream*. De quibus omnibus in subsequentibus agemus.

Cap. II.
De Bulla Aurea.

1. QUadruplici istâ Bullâ usos fuisse Imperatores Byzantinos & Romanos indubium est.

2. De aurea autem primò videamus. Eam adhibitam fuisse à Byzantinis innotescit ex Privilegio Andronici II Imp. dato Henrico Brunsuicensi Duci (*quod vide infra*) & verbis constitutionis Basilii Porphyrogeniti (*) *tom. 1. Juris Græco-Romani pag. 118.* Καὶ ὥστε ἀσφαλῆ καὶ ἀμετάθετον εἶναι τὴν παροῦσαν διάταξιν, οἰκείᾳ χειρὶ ὑποσημηνάμενοι χρυσῷ σφραγῖδι ταύτην ὑποσφραγισθῆναι διωρισάμεθα μηνὶ Ἀπριλλίῳ δ΄ ἐπινεμήσεως. i. e. *ut que sancta & immutabilis esset hæc constitutio, propriâ manu subnotatam aureo quoque sigillo subsignari jussimus, mensis Aprilis die quarto indictione prima* & Nicephori Botoniatæ *dicto tomo p. 123.* Καὶ γὰρ ἐπισφραγίζουσα ἡ βασιλεία μου τὰ κεκριμένα καλῶς καὶ οἰκονομηθέντα συνοδικῶς, καὶ τὸ παρὸν ἐξέθετο χρυσόβουλλον εἰς ἐπικύρωσιν τε καὶ στερεότητα ὑποσημηνάμενον ἐν αὐτῷ δι' ἐρυθρῶν γραμμάτων, καὶ διὰ τούτων τὴν ἀλήθειαν φανερωτέραν ὑπαγορεύουσα, κορώνην ὥσπερ δή τινα χρυσῆν τὴν ἀληθῶς σφραγῖδα τούτῳ ἀπαιωρήσασα. h. e. *quippe majestas mea præclarè dijudicata gestaque per ipsam synodum obsignans præsentem hanc auream bullam promulgavit, ad confirmandum & stabiliendum ea: cui bullæ* rubris literis *subscripsit, & per eas veritatem clariorem dictans, verum sigillum, quasi quoddam aureum corollarium appendit.*

(*) de nominis hujus origine vid. quæ infra prolixè diximus *in addit. ad Auream Bullam Andronici p. 17. seqq.*

3. Huc faciunt illa Annæ Comnenæ *Alexiad. lib. 3.* διὰ χρυσοβούλλου λόγου τὰ βεβουλευμένα εἰς προύπτον πᾶσι καθίστησι i.e. *per aureæ bullæ scriptum omnibus quæ deliberata erant evulgat lib. 8.* Καὶ παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος χρυσόβουλλον λόγον ἐνσεσημασμένον διὰ κινναβάρεως, ὡς ἔθος, διὰ βασιλικῆς δεξίας λαβών. *bullæ aureæ scriptum ab Imperatore signatum* cinnabari *ut moris est regia manu cùm accepisset*, & Codini *in Constantinopoli:* διὰ χρυσοβούλλων, καὶ προστάγματα τῶν ἁγίων ἀοιδίμων καὶ μακαρίων μου αὐθέντων, καὶ βασιλέων, *per auream bullam & edictum sanctorum celeberrimorum Dominorum & regum Andronici avi & Andronici junioris.* item προστάσσει, καὶ διορίζεται ἤδη βασιλεία μου ἀπολούσα τὸν παρόντα χρυσόβουλλον λόγον, *mandat & definit majestas mea præsentem hanc bullam auream dimittens.* vid. Bulenger. *d. cap. 11.*

4. Aureâ talismodi bullâ utebatur Imperator Constantinopolitanus in majoris momenti negotiis, dignitatis & amplioris auctoritatis ergò, teste *constitutione Alexii Comneni cap. 3.* quæ extat inter Constitutiones Imperatorias in Corpore Juris *Dionys. Gotofredi.*

5. Eam verò ad Reges, Sultanos & Toparchas tantùm missam fuisse ab Imperatore isto narrat Codinus Curopalates *de officialibus Palatii Constantinop.* verbis sequentibus; ὁ μέγας Λογοθέτης διατάττει τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως ἀποστελλόμενα προστάγματα καὶ χρυσόβουλλα πρός τε Ρῆγας, Σουλτάνους καὶ Τοπάρχους. Καὶ τοῦτο μὲν ἴδιον τοῦ μεγάλου Λογοθέτου ὑπηρέτημα, *Magnus Logotheta disponit mandata & bullas aureas, quæ ab imperatore mittuntur ad Reges, Sultanos, & Toparchas. Atque hoc quidem proprium est magni Logothetæ* (*) *ministerium.*

(*) Quemadmodum apud Græcos Aureæ Bullæ signatio penes *Magnum Logothetam* fuit, ita *Ceræ & Plumbeæ* penes *Accubitorem fundæ*, Meursius *glossar. voc.* κηρόβουλλον Martinius *Lex. etymolog. v. Bulla* Dn. Joh. Jac. Hofm. *Lex univ. v. Bulla aurea*, Bulenger. *d. cap.* 11.

6. Sed Bullam quoque auream ad clericos ab Imperatoribus istis datam esse testatur Nicetas *in Manuele Comneno lib. 3.* ubi narrat Logothetam magis contra Stypiotam Theodorum inflammatum, quod Imperator illi auream bullam cum radiantibus gemmis dedisset, mandâssetque, ut in magna Blacherina Ecclesia jurejurando præesset, quo Imperii successio Alexio Hungaro & filiæ Mariæ confirmaretur, quod munus ad Logothetæ potius officium pertinebat. vid. Joh. Kirchman *de annul. cap. 8.*

7. Romani Imperatores æque ac Byzantini gravioris momenti sanctionibus ad totum Imperium & posteritatem pertinentibus, & concessionibus Principibus, Episcopis aut Collegiis datis, auream etiam Bullam frequenter addiderunt vid. Albericum de Rosate ad *leg. 1. Cod. de summ. Trin. n. 20.* qui, teste Arthuro Duckio *lib. 2. de authorit. jur. civ. c. 3. n. 4.* scribit se Caroli M. Imp. privilegium, quo Venetis libertatem plenariam concessit, *sub aurea bulla* vidisse.

8. Scri-

8. Scribit Polydorus Vergilius *lib. 8. de rer. inventor. c. 2.* ante Carolum Magnum Imp. nullum ex Principibus Romanis literas auro obsignâsse. Sed si fides habenda Francisco Rosiario *in apparatu ad stemmata Lotharingica* (ubi non tantùm Regis Pipini & Sigeberti sed & Dagoberti aliquot chartas aureis sigillis munitas allegat) constat Francorum Reges 200 ferè annis ante Caroli M. imperium aureis diplomata roborâsse sigillis. Dn. D. Becm. *notit. dign. diss. 6. c. 3. n. 11.*

9. Hinc quoque, si vera narrat Rosierius, non dubito adserere Byzantinos à Francis bullarum aurearum usum accepisse, quia notum est quod non occurrat in historia Græca quempiam talismodi bullas usurpâsse ante tempora Theophili Michaëlis filii Imperatoris Constantinop. sub quo earum primùm meminit Cedrenus. Theophilus autem eâdem tempestate vixit quâ Ludovicus Pius Caroli M. filius, quem illis usum esse auctor est Agobardus Lugdunensis *Libro de insolentia Judæorum* ad eundem Imperatorem scribens: *ostendunt præcepta ex nomine vestro aureis sigillis signata.*

10. Carolum Calvum Imp. *chartas auro bullatas* cœnobio SanDionysiano in Gallia dedisse testatur Sugerius Abbas *apud Doubletum p. 873.* Imp. Arnolfi aureæ bullæ allegantur apud Anonymum Hasenrietanum *in Episcopis Eystettensibus* Henrici I *in Chron. Casin. lib. 2. c. 31.* Ottonis I. apud Gold. *tomo 1. Const. Imp. p. 216.* (α) Henrici II ap. Autorem *vitæ S. Meinvverci Episcopi Paderb. p. 32.* & *Leonem Ostiensem in Chron. Cassin. lib. 2. cap. 31.* Henrici III apud Wilh. Hedam *hist. Episc. Ultraj. pag. 290. Ostiensem dict. Chron. Cassin lib. 2. cap. 81.* Conradi ap. Buchel. *in not. ad Hedam p. 166.* Henrici junioris seu IV. (qui ab Italis II vel junior ob patrem Henricum 3. dictus est vid. Gold. *tom. 3. constit. imp. p. 319.*) apud Ottonem Frisingens. *lib. 1. de gest. Frid. I. c. 55.* Privilegii aurea bulla conspicui, quod Conradus 3. Imp. Corbejensi Abbatiæ in Westfalia concessit meminit Gerhard Kleinsorg, *in Chron. VVestfal. Eccles. lib. 6.* Friderici I. ap. Gold. *tom. 2. Const. imp. p. 8.* Gotefrid monachum *in chronico anno 1167.* Henrici VI. apud Buchel. *d. l. p. 178.* Philippi apud Gelen. *in vit. S. Engelbert. p. 32.* Friderici II. ap. Gold. *tom. 1. Const. imp. p. 290. 304. & 305.* Limn. *l. 5. jur. pub. c. 2. n. 30.* **Braunschweigisch Histor. Händel.** *part. 1. cap. 1. fol. 28.* Henr. Meibom. *diss. de erectione Ducatus Brunsuic.* Gold. *tom. 1. constit. imp. p. 73. & p. 1.* **der Reichssatzung** *p. 30. &* **in den Böhmischen beylagen** *p. 143.* Rudolfi I. in Dn. Joh. Georg. Layritzii *diss. de Burggr. Norico p. m. 21.* Caroli IV. 1356. sancita (quæ Κατ᾽ ἐξοχὴν aurea Bulla dicitur) *infra* & aliæ apud Gold. *tom. 1. const. imp. p. 369. seqq.* & *tom. 2. p. 93. seq. p. 1.* **Reichssatz.** *p. 153.* & *p. 2.* **Reichssatz.** *p. 45. seq.* (β) Sigismundi ap. *Gold. tom. unico const. imp. p. 143.* & *p. 2.* **Reichssatz.** *p. 106.* Friderici V. apud Meibom. *dict. diss. de erect. Ducat. & in diplomatis & documentis Argen-*

tinæ 1685. cura Nobilissimi Dn. Kulpisy editis. Caroli V. ap. Limn. *d.c.2.n.35.* Diplomata Confirmationis Ferdinandi I. Maximiliani II. & Rudolfi II. privilegii Imperiali castro Fridbergensi in Wetteravia ratione Comitatus Kaichensis aliorumque jurium à Carolo IV. concessi prægrandi bullâ aureâ uno latere effigiem Cæsaris, altero aquilam ostendente roborata esse, non ita pridem ad me Fridbergâ scripsit Nobiliss. Dn. Daniel Helfricus Chelius dicti Castri Imperialis Consiliarius.

(α) hæc si legisset Mallinckrothius *lib. de ArchiCancell. p.m.* 116. sequentia non scripsisset: *Ab Imperatoribus nostris Germanicis vetustissimis, puta Francicis sive Corolingis & Ottonibus, quique intermedii fuerunt, non reperio bullas aureas appensas esse*, & mox; *antiquissima, quæ hâc vice mihi in memoria est, S. Henrici fuit.*

(β) Carolus 4. Francisco Petrarchæ Comitivam per auream bullam quoque dedit, quod ipse testatur in epistola ad Johannem Episcopum & Cancellarium, cui hoc nomine gratias agit. *lib.* 12. *epist.* 2. inquiens: *Quanto me nuper & quàm raro privilegio honestasti? quod & si solum feceras, secretum tamen Imperii signum & ingentem bullam auream adjecisti, cujus vel aspectus solus immensum quiddam majestatis & gloriæ contemplantibus ingerit & venerabundos cogit summi imperii & veteris Romæ atq; aurei seculi meminisse.*

11. Istiusmodi bullis inscripta erant nomina, quandoque insignia, aliquando etiam impressæ iisdem erant Cæsarum imagines: (*) hinc diplomata ita claudebantur: *Ad cujus rei memoriam & robur perpetuo valiturum præsens privilegium fieri, & Bullâ Aureâ typario* (**) *Majestatis nostræ* (hinc est quod talia diplomata **Majestätt-Brieffe** ab antiquo in hunc usque diem appellantur) *impreßa jussimus communiri.* vid. illorum apud præcedenti numero adductos scriptotes apographa.

(*) apud Goldastum *part.* 1. **der Reichssatz.** *p.* 150. legitur **Kaisers** Caroli 4. constitutio **von Recht und Gerechtigkeiten deß Königreichs Böheim gemacht zu Rem** anno 1355. ubi in fine hæc habentur; **Dieser Brieff unter der Guldenen Bulle samt der Gestalt unser Kaiserl. Hochheit zu Zeugnuß aufgedruckt** *part.* 2. **der Reichssatz.** *p.* 43. *seqq.* legimus Caroli 4. **gulden Bull über die** incorporation **der Landen in Polen und Schlesien zum Königreich Böheim** de 1355. ubi in fin. hæc occurrunt: **Mit Uhrkund dieses Brieffs und unserer güldnen Bull auß unserm Kaiserl. Form außgedrücket.** Idem Carolus Imp. diploma apud Maderum, quo promittit Papæ revocare & conservare libertates Romanæ Ecclesiæ, ita finit: *Ad prædictorum omnium perpetuam rei memoriam atq; cautelam præsentes literas quadruplicatas Imperialis Majestatis typario communitas Sanctitatis vestræ concessimus.*

(**) *typarium* nil aliud est quàm instrumentum, quo ad incudendum in ipsis Bullis Principis imaginem & insignia utebantur, ceu dixi *in Octoviratu cap.* 20. *num.* 11.

12. Nostro Seculo priscus ille mos haut in desuetudinem abiit, sed Imperatores nostri sub aureo sigillo, quod ipsum etiam characterem sive aposphragisma suum habet, adhuc expediri curant in rebus gravioribus diplomata, si supplicantes & gratiam impetrantes id petant, & quadraginta communiter ducatos pro talismodi sigillo aureo exsolvant. Ita aurea bulla modò dictum Fridbergensium privilegium Matthias & Ferdinandus II. Impp. confirmarunt, ceu laudatus Dn. Chelius allegatis literis narrat. Privilegium

quoque Ferdinandi II. Imp. ſuper erectione Univerſitatis in civitate Monaſterienſi Weſtphalorum aureo ſigillo munitum eſſe refert Bernh. à Mallinckroth *de ArchiCancellariis Imperii lib.* 1. *p.m.* 116. Ejusdem Cæſaris diploma, quo ad petitum Ludovici Haſſiæ Landgravii d. 18. Novemb. 1625. filio ejusdem primogenito Georgio ejusque liberis, & deinceps omnibus ab impetrante deſcendentibus hæredibus, maſculis, ad quos juxta familiæ ſtatutum regimen Principatus venturum eſt, hoc privilegium conceſſit, ut quilibet ex illis, quem ordo ſucceſſionis ad regimen admittit, quamprimum 18. ætatis annum adimpleverit, ad inſtar Electorum Principatus adminiſtrationem, ac ſi legitimam ætatem complevifſet, ſuſcipere poſſit, ſublatis ex plenitudine poteſtatis omnibus in contrarium diſponentibus juribus & ſtatutis, ***aureâ bullâ*** roboratum fuit, uti commemorat Reink. *de reg. ſec. lib.* 1. *cl.* 3. *c.* 12. *n.* 57.

13. Ferdinandus 3 Imp. diplomata, quibus Friderico Holſatiæ Duci erectionem ſtudii Univerſalis indulſit, & Jacobo Curlandiæ Duci, Ejusque Deſcendentibus utriusque ſexus *axioma Imperii Romani Principis*, omniaque inde dependentia beneficia anno 1654. d. 16. April. contulit, aureis Bullis munivit.

14. Leopoldus Imperator noſter glorioſiſſ. diploma, quo an. 1677. d. 14. Dec. in ſereniſſima Domo Anhaltina Principi ſeniori regenti (qui nunc eſt Sereniſſ. Princeps Dn. Joh. Georgius *in Deſſau* Heros omnibus numeris abſolutiſſimus, Dominus meus Clementiſſimus) titulum Sereniſſimi (**Durchleuchtig**) in perpetuum conceſſit, ita finit: **Mit uhrkund dieſes Brieffes beſiegelt mit unſer Kaiſerl. auch anhangenden güldnen Bull.** Ejusdem invictiſſimi Cæſaris diploma, quo anno 1674. d. 14. Octob. Albertum Erneſtum Oetingenſem Comitem ad Principale faſtigium evexit, *Aureâ Bullâ* ornatum fuiſſe refert Nobiliſſimus Vir Jacobus Wilhelmus Imhofius magnum Norimbergæ ornamentum Fautor & Amicus noſter *in Notit. Procer. Imperii Germanici lib.* 5. *c.* 11. *n.* 9. Idem Auguſtiſſimus Imperator diploma, quo Illuſtriſſ. Comiti Swarzenburgico Chriſtiano Wilhelmo poteſtatem creandi Equites Imperii & Comites Palatinos, legitimandi Spurios Nobilium, aliaque inſignia privilegia conceſſit, aureâ bullâ confirmare juſſit, ceu ex verbis ejusdem finalibus, à Celeb. Tenzelio in dialog. menſ. Auguſt. ann. 1694. adductis, apparet: **Mit urkund dies Brieffs / ſo mit Unſerer Kaiſerlichen anhangenden güldenen Bull bekräfftiget / und gegeben in Unſerer Statt Wien den 22. Monats** Decembris **nach Chriſti unſers lieben HErrn und Seeligmachers gnadenreichen Geburt im ſechzehen hundert ein und neunzigſten ꝛc.**

15. In Imperatoris Ferdinandi III. Capitulatione *artic.* 46. de uſu Bullæ aureæ cavetur: **Daß die güldene Bull / als ein uhraltes** inſigne **eines**

regirenden Römischen Kaisers oder Königs/an kein ander diploma, **als welches bey der Reichs-Cantzley mit Kaiserl. Maj. verwilligung außgefertiget wird gehencket werden soll.** Idem repetitur in *artic. 44.* Capitul. Ferdinandi IV. Apparet inde error Lancelloti qui *in lib.* 1. *templ. omn. jud. cap.* 1. §. 1. *q. 3.* ex Clem. Romana in fin. *de jurejur.* ſcripſit aureâ bullâ tantum uti poſſe Imperatorem à Papa Rom. coronatum; nam non ſolùm hic articulus Capitulationum contrarium docet, ſed & obſervantia; Et jam olim Fridericum 2 Imperat. ſex annis antequam à Papa coronaretur bullâ aureâ uſum eſſe obſervavit Caninius *ſur la bulle d' oreé p. 61.* De Sigismundo Rege Romano idem teſtatur Limn. *ad Capit. Ferdin. 3. d. art. 46.*

16. Videndum autem eſt, num alii quoque Reges præter Imperatores iſtos uſi ſint bullis aureis? Mallinckrothius *de ArchiCanc. in notis ad d. loc. p. m. 234.* hic nihil pro certo dicere potuit. Nos autem affirmamus non ſolum alios Reges ſed & Principes eas adhibuiſſe, nixi authoritate fide digniſſimorum Scriptorum. Illud legimus de *Regibus Italiæ* apud Puricellum *in Ambroſiana baſilica pag. 282.* Regibus *Hiſpaniæ* ap. Matth. Pariſ. *p. 584. 598.* Florentium Wigornienſem *p. 357.* Marcam *hiſt. Beneharn. lib. 7. c. 8.* Spelman *in gloßar. voc. bulla aurea* verbis: *rediens autem Edvvardus* (primogenitus Henrici 3. Regis) *cum nupta ſua ad patrem, detulit ſecum cartam Regis Hiſpaniæ, quâ quietam clamavit totam Vaſconiam pro ſe & heredibus ſuis AVRO BVLLATAM.* Regibus *Angliæ* ap. Matth. Pariſ. *p. 172.* Wilh. Thorn. *lib. 2. c. 15.* & *tom. 5. ſpicilegii Acheriani*, Regibus *Hungariæ* in decretis Regis Andreæ c. 25. & ap. Hieron. Rubeum *hiſt. Ravenn. lib. 6. p. 405*, Regibus *Siciliæ* ap. Romualdum Salernitanum *in chron. MS.* quod allegat Dn. Cangeus gloſſ. v. bulla) Bromptonum *p.* 1114. Baron. *annal. ad ann.* 1156. Rocchum Pirrum *tom. 1. not. Sicil. p. 123. 125. 404*, Regibus *Bulgariæ* in *actis* Innocentii 4 Papæ *p. 54.* & ap. Leonem Grammaticum *p. 503*, Ducibus *Apuliæ* in *chron. Caſinenſi lib. 3. c. 57. lib. 4. c.* 10, Sultanis Iconienſibus apud Cheſne *in probat. hiſt. Ducum Burgund. p. 136.* Moſcovitarum Czarum aureo etiam uti ſigillo pateſcit ex Limn. *not.* art. 46. Cap. Ferd. 3. ubi ſcribit: ſe in bibliotheca Oxonienſi vidiſſe literas latinè ſcriptas in favorem cujuſdam Medicinæ Doctoris, quem à ſe dimiſerat Czarus ille, quibus aurea Bulla adfabrê facta adhæſerat. Deſpotæ quoque deficiente Imperio Byzantino aureâ bullâ uſi, teſte Phrantzen *lib. 3. c.* 1. ibi: *Deſpota Thomas mihi Certezam oppidum diplomate cum bulla aurea donavit.*

17. De Regibus Galliæ id pateſcit ex exemplis Caroli M. & Calvi ut & Ludovici Pii ſupra adductis, nec non regeſto Parlamenti Pariſienſis, quod *ordinationes Barbinas* appellant, *fol. 37*, in quo deſcriptum legitur diploma Caroli VII regis Franciæ de d. 7. Octob. 1437, cum diploma aliud pro

perea-

pereagio Ecclesiæ Mimatensis confirmat, quod *bullâ aureâ* munitum esse dicitur. In chartophylacio regis Galliarum præterea asservatur epistola Leolini Nortwalliæ Principis ad Regem Philippum VI scripta, quâ recepisse se agnoscit illius literas *aureo sigillo* sigillatas, in quibus inita inter Franciæ regnum & Walliæ Principatum fœdera continebantur. Cangeus *d. l.*

18. Scribit Spelmannus *gloss. v. bulla plumbea* se vidisse bullam auream Francisci I. Regis Galliæ adpensam fœderi cum Henrico 8 Angliæ Rege inito, in cujus anticæ circulo versus hic describatur: PLURIMA SERVANTUR FOEDERE CUNCTA FIDE.

19. Peirescius quoque *in adversar. MSS.* testatur id ipsum de bulla aurea istius regis Henrici 8 fœderis similiter diplomati appensa, simulque refert se in archivo Regio eam vidisse, majoris verò esse figuræ, ac ponderis decem aureorum Hispanicorum, in qua efficta sint insignia Anglicani regni cum corona regia, epanoclista & periscelide, vid. magnus Polyhistor du Fresne *d. l.*

20. Notandum χρυσόβουλλα interdum appellata esse Imperatorum Edicta & Rescripta, licet aureo non fuerint roborata sigillo. Apparet id ex Novella Johannis Comneni, quâ statuit *ne quid ab Ecclesia Episcopo suo orbata Quæstor exigat*, quippe illa titulum Χρυσόβουλλου habet, etsi cereum tantum sigillum ei adpensum fuerit, Meurs. glossar. voc. χρυσόβουλλον, Kirchm. *de annul. d. cap.* Joh. Strauch *de Statut. n. 43.*

Cap. III.

De Scriptura aurea atque argentea nec non Bulla argentea.

SUnt qui opinantur (quos inter Dn. Cangeus *gloss. V. bulla*) per *literas aureas* intelligi bullas aureas apud Wipponem *in vit. Conradi II Imperatoris* inquientem: *Legationis causam posteà Imperator Græcorum* aureis literis *Imperatori Conrado scripsit*; Albertum Stadensem *ad ann.* 1179. ibi: *Hanc epistolam* (Manuelis sc. Imp.) *Imp. suscepit* aureis literis *scriptam*, & Anonymum Hasenrietanum apud Gretserum *in Episcopis Eystettens.* dum de Arnolpho Imp. ait: *Regali donatione tradidit & chirographo* aureis literis *inscripto stabilivit.*

2. Sed χρυσογραφίαν istis locis intelligendam esse extra dubium est. Nam scimus Imperatores & alios totas literas auro scribi curâsse. Aripertus Rex Langebordorum donationem Alpium Cottiarum *aureis literis* exaratam Romam direxit, teste Warnefrido *lib. 6. cap. 28.* Et Constantini Maximi Imp. famosam istam donationem *aureis literis* scriptam in registro bibliothecæ Vaticanæ legi narrat Bodinus apud Marq. Freher. *not. ad Pet. ab*

 Andlo

Andlo lib.1.cap.11. Conradum 3 Imp. Corbejensibus privilegium *characteribus aureis* exaratum concessisse, ex Kleinsorgii *lib. 6. Chron. VVestphal. Eccles.* refert Mallinkroth *d.lib.p.117.* In Tomis Concil. extant literæ Ottonis I Imp. quibus jura ecclesiæ Romanæ confirmantur, quæ, ut ibidem inscriptio refert, *aureis* scriptæ *literis* asservantur in Castello Sancti Angeli, Mallinkr. *d.lib.p.234.*

3. Allegat quidem pro se Cangeus Luithprandum, qui *in histor. legationis suæ ad Nicephorum Phocam Imp. Byzant.* inquit: *his dictis atque completis χρυσοβέλλιον, id est*, epistolam auro scriptam *& signatam mihi dederunt vobis deferendam.* Sed ille ipsum parum juvat, quippe qui scriptionis & signaturæ aureæ distinctam facit mentionem, quod in locis *hic num. 1* adductis secus se habet.

4. Characterum aureorum & argenteorum in sacris literis describendis olim quoque magnus fuit usus. Probatur id è *vita S. Nicolai*, cui Constantinus Max. Imp. Evangelium *aureis literis* scriptum transmisit. Meminit hujusmodi scripturæ S. Hieronymus *præfat. in libr. Jobi* his verbis: *Habeant qui volunt veteres libros, vel in membranis purpureis* auro argentoque descriptos, *vel uncialibus, ut vulgò ajunt*, literis onera magis exarata quàm Codices; dummodo mihi meisque permittant, pauperes habere schedulas, & non tàm pulchros Codices quam emendatos. Codex Evangeliorum Witickindi magni istius Saxonum ductoris aureis literis scriptus, & involucro auro & gemmis radiante tectus, quem è loco sepulturæ ejus Angariâ (vulgò *Enger*) dudum acceptum Collegium Canonicorum SS. Johannis & Dionysii Herfordiæ in Westfalia multos annos custodivit, nunc ab aliquo tempore reperitur in instructissima bibliotheca Potentissimi Electoris Brandenburgici.

5. Hartmacotus Abbas S. Galli novum Testamentum & Psalterium *aureis literis* describi curavit, atque ligaturam pretiosis gemmis & lapidibus ornavit, quæ in Monasterio San Gallensi supersunt, ceu refert Henr. Pataleon *part. 2. prosographiæ illustrium Virorum Germaniæ.*

6. In Augustissima bibliotheca Viennæ vidi Codicem membranaceum in octavo majori, qui continet latinum Psalterium jussu & curâ Caroli Magni, cùm esset adhuc rex Francorum, & nondum Romanorum Imperator, totum *aureis literis*, à Dagulfo exaratum, quod Papæ Hadriano I dono misit, vid. Lambec. *lib. 2. comm. de Cæs. bibl. c. 5. pag. 262. & 266.* qui *p. 295 seq.* refert Codicem hunc anno 788 à Papa isto Hadriano S. Willehado Episcopo Bremensi donatum, Bremamque delatum, ibique in templo cathedrali maxima cum veneratione usque ad tempus reformationis inter alias reliquias custoditum & quotannis stato tempore populo publicè ostensum esse. In

eadem

eadem Cæſarea bibliotheca extat antiquiſſimus codex membranaceus purpureus *aureis & argenteis literis majuſculis* ante 1300 annos *ſcriptus*, qui continet librum primum Moſis, de quo legantur quæ ſcripſerunt Polyhiſtores incluti Dn. Lambec. *dict. comment. lib. 2. additam. 11. p. m. 1007.* & Dn. Dan. de Neſſel, Patronus noſter *in Breviario ſuo.*

7. Eraſmum Roterodamum magnum illum literarum inſtauratorem Codice aureo novi Teſtamenti Reginæ Margrethæ Auſtriacæ (quem totum auro veſtitum & aureis literis pulchrè deſcriptum fuiſſe narrat ipſe Eraſmus *in præfat. annot. ad Novum Teſtam.*) uſum fuiſſe teſtatur Mallinkr. *d. lib. p. 117.* Aquiſgrani liber quatuor Evangeliorum aureis literis ſcriptus (qui in ſepulchro Caroli M. Imp. repertus dicitur) adſervatur. Wendelinus *lib. 2. polit. c. 36. theſ. 13.* Sprenger *lib. 1. inſtit. jur. publ. c. 29.* Ego *in Octoviratu cap. 25. n. 34.* Talis codex forſan fuit *Evangelium aureum*, quod apud Habeſſinos eapropter celebris Johannes habuit, cujus Vir Illuſtris Jobus Ludolfus Patronus noſter *in eruditiſſimo ſuo Comment. ad hiſtor. Æthiop. pag. 434.* meminit.

8. Ante aliquot annos Ratisbonæ in conclavi templi Abbatiæ ad S. Emmeranum in manibus habui novum Teſtamentum aureis literis eleganter membranæ nitidiſſimæ à duobus germanis fratribus, in iſto Monaſterio monachis, inſcriptum. Codicis illius involucrum ab uno latere auro obductum undique pretioſiſſimis fulget gemmis, inter quas in medio videtur ſapphirus, cui inciſæ ſunt literæ A & I. i.e. *Arnolphus Imperator*, qui eâ literas ſuas obſignaſſe dicebatur à duobus monachis, qui mihi egregium hoc κειμήλιον cum altari argenteo, quo Imperator Arnolphus in itinere uſus fuit, aliisque rarioribus rebus monſtrabant.

9. Ulphilæ Gothorum in Mœſia Epiſcopi verſio quatuor Evangeliorum perantiqua Gothica è Græco facta literis maximam partem argenteis ſcripta eſt, unde quoque appellatur, *Codex argenteus*. Hic laminis argenteis obductus in bibliotheca Academiæ Upſalienſis in Suecia in certa arca cuſtoditur, ubi olim eum inſpexi. add. Tenzel. *dialog. menſ. aug. 1691. p. m. 631. ſeqq.* qui refert quod Uſſerius in epiſt. ad Fr. Junium mentionem fecerit Codicis Evangeliorum Gothici aureis & argenteis literis exarati, & olim in Hermanni Comitis Nucearii bibliotheca celeberrima conſpecti. De Pariſiis adhuc extante Pſalterio S. Germani, anno 570 mortui, ſcribit Mabillon. *de re diplomat. lib. 5. pag. 356* quod liber ille ſcriptus ſit *literis argenteis* præter titulos Pſalmorum & nomen Dei, quæ aureis literis exarata ſint.

10. Ad *Argenteas Bullas* nunc properamus. Earum uſus apud Græcos Imperatores in magni momenti negotiis frequens fuit, vid. Georg. Phrantzen *lib. 2. Chron. c. 10.* ubi ita loquitur: Ego cum literis *Bullâ argenteâ* inſi-

gnitis & jurejurando firmatis & multo milite missus sum, ut Athenas & Thebas in potestatem reciperem.

11. Luithprandus *in dict. hist. legat.* hanc in rem ita: Tulerunt autem & alias literas *argento signatas*, atque dixerunt Papam vestrum &c. Idem *in historia illa* testatur Nicephorum Phocam Imperatorem ad Papam Rom. literas *argento signatas* misisse.

12. Quid autem de Latinis & aliis hac in parte dicemus? Bernhardus à Mallinckroth *dict. libro de ArchiCancell p. m. 115* statuit Latinis, quantum compererit, bullas argenteas in usu non fuisse, nec hodie esse. Sed contrarium verius esse, patescit ex Dn. du Fresne *gloss. V. bulla*, qui scribit in gazophylacio cœnobitarum S. Genovefæ Parisiensium custodiri spissiorem bullam argenteam Ludovici Pii Imp. inque ejus una parte videri protomen illius cum solita inscriptione: XPE PROTEGE LUDOVICUM IMPERATOREM, in altera autem nihil effictum esse.

13. Ex Regibus Turcicis Maumedem literas, quibus Cæsarem Constantinopolitanum, Persarum, Ægypti, & alios Reges ad suam religionem amplectendam monebat, *argenteo signo* cum hac inscriptione: *Maumedes Dei Nuncius* obsignatas habuisse referunt Cælius Aug. Curio *lib. de origin. Saracen. pag. 11.* Camill. Borell. *lib. 2. de magistr. edict. c. 13. n. 32.* Theodor. Höpping. *de jur. sigill cap. 5. n. 52.*

14. Scribit quoque Cl. **Fried. Leutolff von Franckenberg** (sub quo nomine latitat Dn. Bernh. Zech, ceu diximus *diss. de ordine equitum Periscelidis cœruleæ in Anglia th. 15.* & *epistola de Statu Tatariæ Præcopensis §. 45.*) **in der itzt regirenden welt schaubühne** *p. m. 94.* & Sprenger *de Vicariatu p. 504.* Magnum Melitensium Magistrum (qui à Ferdinando 2. Imp. titulum Serenissimi accepit) uti *argenteo sigillo* & cerá nigrâ ad danda testimonia & passeportus.

Cap. IV.
De Bulla Plumbea.

1. BYzantini Imperatores plumbeâ bullâ ad Despotas, Patriarcham, Sebastocratorem, Cæsarem, reliquosque honorarios Magistratus sæpe utebantur. Codin. *de off. aulæ Constant. c. 5. n. 27.*

2. Docet illud Bulla plumbea, quæ Gallæ Placidiæ imaginem & inscriptionem, ac in parte aversâ Victoriolam cum cruce præfert, quam servant monachi S. Genovefæ Parisienses teste Dn. du Fresne *d. voc.* Meminit etiam Petrus Diaconus *Chron. Casin. lib. 4. c. 109.* præceptorum Byzantinorum Impp. *plumbo* signatorum.

3. Astruit

3. Aſtruit id quoque Dn. du Freſne *diſſ. de numiſmat. Impp. Conſtant. n.21.* allegans diploma Balduini Imp. Conſtantinop. de anno 1241 plumbeâ bullâ conſpicuum, in qua ipſe Imperator habitu debito ſedens dextrâ virgam tenet, in cujus parte ſuperiori aliquid quadratum oblongius eminet, fimbriâ circumdatum & ad extremos angulos globulis vel margaritis exornatum. Ab inferioribus autem angulis pendent vittæ unionibus pariter diſtinctæ. Haſtæ extremum claudit globulus ſeu margarita grandior, cui minor inſiſtit.

4. Proceres quoque aulæ Imperatoriæ Conſtantinop. plumbeâ bullâ utebantur, Angelus à Nuce *in regeſto Petri Diaconi Caſinenſ. n.136.* ait: extat præceptum Symbatii Protoſpatharii & ϛρατηγȣ Macedoniæ & Thraciæ bullatum cum *bulla plumbea* menſe Junio, indictione 10 i.e. anno 892.

5. Patriarcha Conſtantinopolitanus ſcripta ſua etiam *plumbo* ſignabat, quod diſcimus ex Sententiis Synodalibus allegatis Kirchmanno *de annul. c. 8.* ubi in Germani Patriarchæ ita legitur: εἶχε τὸ μηνὶ Ιȣνίῳ, ἐπινεμήσεως ε', διὰ τῆς Πατριαρχικῆς καὶ θείας χειρός. ἀπῃώρητο δὲ καὶ κάτωθεν μολιβδίνη βȣλλα, ἔχȣσα ἐν μὲν τῷ μέρει τὴν ὑπεραγίαν θεοτόκον, ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ γράμματα ταῦτα· Γερμανὸς ἐλέῳ Θεȣ ἀρχιεπίσκοπος Κωνϛαντινȣπόλεως νέας Ρώμης, καὶ οἰκȣμενικὸς Πατριάρχης. i. e. *habuit ſcriptum, menſe Junio, indictione 5 patriarchali & divina manu. Pendebat autem infernè* plumbea bulla, *habens ex una parte ſanctiſſimam Deiparam, ulnis geſtantem dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ex altera autem has literas: Germanus Dei miſeratione Archiepiſcopus Conſtantinopoleos novæ Romæ & œcumenicus Patriarcha.* In Manuelis ſic: εἶχε τὸ μηνὶ Ιȣλίῳ ἐπινεμήσεως η'. διὰ τῆς πατριαρχικῆς καὶ θείας χειρὸς καὶ τὸν συνήθη μολιβδίνην βȣλλαν. i.e. *habuerunt hoc menſe Julio, indictione 8 per patriarchalem divinamque manum &* ſolitam plumbeam bullam. In Conſtantini Lichudis ita: Εγράφη τὰ διωρισμένα ἐκκλησιαϛικῷ ἔθει καὶ σφραγισθέντα τῷ διὰ μολίβδȣ βȣλλωτηρίῳ, ἐπεδόθη μηνὶ Δεκεμβρίῳ ἐπινεμήσεως ιβ'. i.e. *hæc ita ſancita & eccleſiaſtico more perſcripta & obſignata per* bullam plumbeam, *data ſunt menſe decembri, indictione 12.*

6. Latinis Imperatoribus bullas talismodi in uſu fuiſſe teſtatur Caroli M. Imp. ſcriptum pro renovatione chartæ fundationis monaſterii Novalienſis lib. 1 cap. 17, ubi in fine legitur ita: Non enim ex conſuetudine anteriorum Regum hoc facere decrevimus, ſed ſolummodo propter neceſſitatem & mercedis augmentum tranſcribere præcepimus hoc modo, & *ſuper plumbum* ſigillari juſſimus. Apud Ughellum *tom. 6 p. 1310* alia invenitur Ludovici 2. Imp. de anno 875 pro monaſterio S. Clementis Inſulæ Piſcariæ, *quæ plumbeæ bullæ impreſſione* ſigillata dicitur.

7. Plumbeam bullam Caroli Imp. ſervat gazophylacium Regis Galliarum, quam deſcripſit Stephanus Baluzius V. Clariſſ. *in not. ad Capitularia regum Galliæ p. 1284.*

 8. Ca-

8. Canonicorum Regularium S. Genovefæ Parif. gazophylacium possidet, referente incomparabili Cangeo *d. loc.* etiam *bullam plumbeam*, in cujus antica effigta Principis imberbis & laureati lufca protome cum hac inscriptione: KAROLUS IMP. AGS. in poftica in medio circulo leguntur characteres: RENO-VATIO-REGNI-FRANCOR.

9. Teftatur Vadianus fe diploma vidiffe cum *plumbeo figillo*, in quo apparebat Imperator laureatus, his additis verbis: CAROLUS M. AUGUSTUS. Illud autem non Caroli Pipini filii, fed *Craffi* effe, vel temporum feries, anni Imperii & indiction. adfcripti evincunt. Dat. enim erat Non. octob. anno Chrifti DCCCLXXXIII. indict. II, anno verò Imperii ejus in Italia III. in Francia II. quod Ego olim fcripfi *in difp. de Sororibus Caroli M. Imp. num. 19.*

10. Ottonis 3. Imp. conftitutio anno 998 de jure ac poteftate Imperii, donatione Conftantini & Caroli Calvi, legitur in Baronii 12 *tom. annal. Eccleſ. ad annum* 1191. Lehmanni *chron. Spir. lib. 5. c. 15.* & Goldafti *tomo unico Conftit. Imp. p. m. 226. feqq.* cujus autographo bulla plumbea appenfa fuit, in cujus una parte videntur hæc verba: *ODDO IMPERATOR ROMANORVM*, in altera eft caput hominis cum pilis crifpis, fpatulis & infcriptione: *AVREA ROMA.*

11. Bullarum plumbearum ufus apud alios quoque obtinuit. De regibus Hifpaniæ id animadvertimus apud Anton. de Yepetz *in chron. ord. Benedicti fub fin. tom. 7.* & Gotofred. Guil. Leibniz. V. Celeberr. Fautoremque noftrum optimum *p. 1. Codic. Juris Gent diplomat. pag. 185. feq.* De regibus Siciliæ apud Rocchum Pirrum *tom. 1. p. 129. 316. 414. 475. tom. 2. p. 20. 279. 280. 283.*

12. In camera Computorum Parif. plures Dominorum Montifpeffulani bullas plumbeas affervantur; vid. ectypon figilli alterius plumbei in adverfariis Peirefcianis, cum hac infcriptione: *Bulla Girardi Amici*, & in averfa: *Domini de Cavis montibus.* In libertatibus conceffis villæ Montisbrufoni à Guigone Comite Forenfi menfe Nov. anno 1223 hæc habentur: Si aliquis voluerit *figillum plumbeum* Domini Comitis fuper aliquo contractu vel negotio roborando, fiat inde petenti copia, & det 3 fol. & nil amplius ab eo inde exigatur. Si verò voluerit cereum figillum, det 12 den. tantum, Frefne *d. l.* Magnum Magiftrum Equitum Melitenfium Edictis fuis hodienum quoque *plumbeum figillum* adpendere teftantur Theod. Höpping. *cap. 3 de jur. figill. n. 30.* Dn. Frankenberg. (:Bernh. Zech:) **in der Schaubühne** *p. m. 94.* Megifer. *p. 2.* **von Ritterorden** *cap. 4.*

13. Olim Epifcopi bullis etiam ufi funt plumbeis, ceu conftat ex confilio Cabilonenfi 2. anno 813. can. 41. ibi: *literas etiam habebit, quibus fint nomi-*

nomina Episcopi & civitatis plumbo impressa & ex Anastasio Bibliothecario in præfat. ad Synodum 8: *& omnia hæc in quinque codicibus scripta seu compacta & omnium subscriptionibus roborata, sed & ipsos codices* plumbeâ bullâ *munitos atque sigillatim loci servatoribus traditos Patriarchalibus sedibus deferendos.* Scribit quidem Bromptonus *p. 1458* non solere Cisalpinos Episcopos & Primates scriptis suis authenticis bullas plumbeas apponere, sed cereas. Ast de Transalpinis istis observavit contrarium Rocchus Pirrus *tom. 1 p. 320. tom. 2 p. 281.*

14. Observandum, Episcopos illos in una parte sigillorum plumbeorum nomen suum incidi curâsse, hinc Flodoardus *lib. 3. hist. Rhem. c. 17.* de Actardo Episcopo: *epistolam suo nomine ad Nicolaum PP. dictari fecit, quam &* bullâ sui nominis *sigillavit.*

15. Nemini quoque ignotum est Pontifices Romanos bullas plumbeas adhibere. Non autem illas omnibus rescriptis adjungunt, sed breve Apostolicum plumbo caret.

16. Est verò *Breve Apostolicum* rescriptum à Papa in negotiis minoribus (qualia sunt justitiæ, dispensationis, indulgentiarum) concessum, cerâ rubrâ & annulo (*) Piscatoris sigillatum ac à Secretario subscriptum, Petr. Gregorii *lib. 7 syntagm. jur. cap. 15. num. 13.*

(*) hic est linteum album, quod in formam annuli dextrâ gerit Papa, ex Schikardi *itiner. Italico* Joh Theod. Spreng. *Rom. nov. lib. 1. cap. 5.*

17. Breve Apostolicum differt à Bulla Pontificis, quod *hæc* detur in membrana momentique gravioris negotiis, plerumque in beneficiis & collationibus & confirmationibus præbendarum, personalium & dignitatum ecclesiasticarum: *illa* autem expediatur in charta (*) nec à Papa, sicut bulla, subscribatur cum suo signo, sed solum à Secretario, *Spreng. d. loc.* factâ in fine mentione annuli Piscatoris, sequentem in modum: *Dat. sub annulo Piscatoris die .... ann. .... Romæ apud Sanctum Petrum Pontificatus ann. .....*

(*) non semper in papyro exarari brevia Apostolica observavi ex Julii III Papæ Brevi rubrâ cerâ & annulo Piscatoris conspicuo anno 1553 die 12 Aprilis Romæ ad Rectorem & Officiales Universitatis Studii generalis Heidelbergensis dato (quo indulget ut ad lectiones in facultatibus Juridica, Medica & Philosophica seculares personæ, si tot idoneæ ecclesiasticæ haberi nequeant, admittantur.) quod membranæ inscriptum olim in Archivo Academico inspexi.

18. In annulo isto piscatoris sola adest (inquit Dominicus Raynaldus bibliothecæ Vaticanæ custos apud Leon. Allatium *lib. 1. de perpetua consens. Ecclesiæ oriental. & occid. c. 6. n. 12.*) Petri effigies, & ea quidem in actu humilitatis constituta, h. est, Petrus dum in mari è navicula piscatur. vid. etiam Rebuff. *in prax. benef. tit. de brevi Apostolico*, Gregorii *d. loc.* Pergit *Raynaldus:* Brevia dicuntur, quod brevi viâ seu manu, remotis omnibus ambagibus,

bus, abſolvuntur. Illa namque ut plurimum à Pontifice ſponte & absque rei diſcuſſione peraguntur. Bullæ verò ea de cauſa fiunt, ut diuturniores ſint, difficilius enim revocantur quam Brevia, & illæ præſertim quæ Cardinalium ſubſcriptione ſunt firmatæ & Conſiſtoriales dicuntur. Cauſâ namque diſcuſsâ, re cognitâ, & in ſacro Senatus conſiſtorio ventilatæ deliberantur.

19. De origine bullæ plumbeæ Papis uſitatæ ita Polydorus Vergilius *lib. 8. de rer. invent. c. 2.* ſcribit: Inſtitutum obſignandi literas Rom. Pontificis plumbo, unde ad poſteros manarit, perdiu quæſivi, plumbo tam pretioſo ſeſe, credo, in viſcera terræ rurſus abdente, ut ne cuiquam prædæ eſſet, cum ſoli Romani Pontifices eo utantur. Equidem ſatis conſtat Agathonem, quo ſedente, magna ſedi facta eſt honoris acceſſio, in cera annulo impreſſiſſe ſigilla: verùm poſtea cum Rom. Pontifex multa irrogaret privilegia, ut diplomata diuturniora forent, placuit Stephano 3 ac deinde Hadriano I tabulas Apoſtolicas plumbo obſignari. Fuit is annus ſalutis 772 cum ipſe Hadrianus factus eſt Pontifex: nam antiquius non reperitur ſigillum plumbeum. Eum ſequitur Limneus *lib. I. jur. pub. c. II. n. 40.* & Spreng. *Rom. nov. d. cap.*

20. Sed vetuſtiora Paparum diplomata (ait Dominicus Raynaldus ap. Allatium *d. loc.*) non vidit Vergilius: nam tempore Sylveſtri, quo Eccleſia Rom. ab immaniſſimo tyranno diu oppreſſa reſpirare cœpit, literæ Apoſtolicæ plumbo obſignatæ fuerunt, quæ Sylveſtri bulla plumbea reperitur in archivo Aretino.

21. Idem Raynaldus teſtatur adſervari in archivo caſtri S. Angeli vetuſtiſſima in papyro ex frutice confecta diplomata *plumbo* obſignata Paparum Leonis I Gregorii M & Sergii. Adſenſum præbet Bromptonus *p. 1718* inquiens: à tempore Gregorii M. bullas fuiſſe, & adhuc in Romana Eccleſia aliqua ipſius privilegia bullata ſervari.

22. Papam plumbeâ bullâ ob humilitatem uti dicunt Pontificii Scriptores, quos inter modò dictus Raynaldus apud Allat. *d. loc.* totam perorat cauſam ſequentibus: Humilitatem etiam præ cæteris omnibus Chriſti fidelibus colere juſſerunt ſummi Pontifices, dum demiſſo quodammodo dignitatis, quâ funguntur, ſplendore vilia appetunt, *nec auro aut argento*, ut ſummi aſſolent Principes, ſed plumbo metallorum viliſſimo utuntur, atque illud *non ſerico*, aureis filis contexto, ſed vili (α) funiculo alligant, & ſuam humilitatem in fronte epiſtolarum profitentur, ita etiam in earum obſignatione imitari volunt, & hoc pacto ſe ſervos eſſe, ſeque miniſtros ſervorum (β) Dei dicunt.

(α) ex cannabe ſcil. confecto, ceu obſervavi non ſolum in archivo Lippiaco, ſed & grammatophylacio Heidelbergenſis Academiæ, in quo inveni ſex bullas plumbeas Bonifacii IX Papæ laqueis iſtiusmodi minutis adpenſas.

(β) id eſt Petri & Pauli. Hunc titulum primum inter Pontifices adſumſiſſe Gregorium I refert Martinus Polonus, ex humilitate ſcilicet, ceu ſcribit Franc. Carriere Minorita *in hiſt. Chronol. Pontif. p. m.* 109

quem

quem alii imitati sunt humilitatis affectatione. Ditericus Episcopus Metensis se *Servum Servorum Domini, Imperatorum amatorem* appellat *in epistola ad Carolum inter Gerberti* 31 Desiderius Episcopus Carducenus *epist.* 4. ita loquitur: *Domino Gloriosissimo atq; Piissimo, ubiq; praecelso sanctae Ecclesiae Filio Sigeberto Regi.* Desiderius Servus Servorum Dei, *atq; per Ejus gratiam Cadurcae urbis Episcopus.* Stephanus Presbyter epistolâ ad Aunarium verba quidem mutavit, sed rem retinuit, quando infit: Patri spirituali Aunario *Stephanus omnium Servorum Christi Famulus.* Anastasius Bibliothecarius his verbis utitur: Domino meo per omnia sanctissimo, Deo honorabili Patri spirituali ac Magistro Theodosio Presbytero, Anastasius Exiguus misericordia Dei Presbyter & Monachus, *Servus Servorum Dei.* Paulinum ita scribentem Caspar Barthius *advers. lib.* 42. adducit: *Quapropter ego Paulinus licet indignus peccator*, omniumque servorum Dei ultimus servus *Aquilejensis sedis Hesperiis oris accinctae, cui Deo auctore deservio, nomine non merito Praesul.* Otto 3 Imp. Constitutionem *de jure ac potestate imperii, donatione Constantini & Caroli Calvi*, cujus *supra num.* 10. mentionem feci, ita orditur: *In nomine sanctae & individuae Trinitatis.* Otto servus Apostolorum *& secundum voluntatem Dei Salvatoris Romanorum Imperator Augustus. Romam caput mundi profitemur &c.* Et licet titulum insuetum apponi caeteris ejus Imperatoris diplomatibus dicat Baronius & alias formulas difformes ab usu: ego tamen memini alibi eundem hujus Ottonis titulum observasse. Extat inter Ecclesiae Hamburgensis privilegia edita quoddam sic incipiens: *In nomine sanctae & individuae Trinitatis* Otto servus Apostolorum. *Omnium fidelium Christi & nostri Imperii solers sciat intentio, quod nos &c.* Clausula ita habet: *Datum VIII Kal. Aug. ann. Dom. incarnat. MI. indict. XIIII. Ann. III Ottonis regni XIIII Imperii VI. Actum Paterno feliciter, Amen.*

23. Dicit quidem ibi Raynaldus Pontificem aureo & argenteo sigillo haut uti, sed plumbeo ex funiculo vili, non autem serico, pendente. Sed ipsum se alibi corrigit, dum dicit Papam in diplomate confirmationis Imperatoris adhibere auream bullam. Speculator (Durandus) *lib. 4. part. 3. de praebend. §. restat. n. 7.* Diploma Pontificis aureâ bullâ sigillatum ad Caesarem missum se vidisse testatur.

24. Auro etiam diplomata Cardinalatus collati sigillari testis est Sprengerus *in Roma nova d. cap. 5.* Spelmannus quoque refert Leonis X Papae diplomati, quo Henrico VIII Angliae Regi Defensoris fidei titulum contulit *bullam auream* adpensam fuisse. Meminit etiam bullae aureae Julii 2 Choppinus, quando *livr. 2. des droits des religieux & monasteres tit. 1. n. 13.* ait: *depuis est survenue la bulle d'or du Pape Jules 2 du 17 Juin 1508 plein d'extreme affection & bienveillance envers les freres religieux de S. Augustin*, i. est: *accessit postea Julii 2 Papae aurea bulla data die 17. Junii anno 1508 summi adfectus & benevolentiae erga fratres Ordinis S. Augustini plenissima.*

25. Nec semper filo cannabino Papa plumbeum sigillum appendit, sed saepe adhibet sericum funiculum rubri & flavi coloris. (*) Vidi Dethmoldiae in archivo Illustrissimi Comitis Lippiaci duas Pauli 2 & Sixti 4 Paparum bullas plumbeas super coenobium Blombergense anno 1465 sexto Kl. Julii, & anno 1475 12. Kl. Januar. datas, quae ex filis sericis flavi & rubei coloris pendebant. In archivo Academiae Heidelbergensis non ita pridem quoque inspexi sex bullas plumbeas Bonifacii IX, unam Eugenii 4 & Urbani 6

 PP. in

PP. in favorem Univerſitatis noſtræ datas: quæ ex ſericis quoque rubri & flavi coloris filis pendent.

(*) Felix Fabri Ulmenſis Prædicator in libello MS Offenhuſenſi vel Gnadencellano (allegante Cruſio *annal. Suev. lib. 9. part. 3. cap.* 10.) ſcribit Papam uti *cannabino vinculo* in ſigillandis rebus bellicis & triſtibus, *ſerico* autem *flavi & rubei coloris* in lenibus & miſericordibus.

26. In archivo Academiæ Viadrinæ bullam Clementis 3 ex funiculo ſerico coloris flavi & rubri pendentem ſe quoque vidiſſe dicit Dn. Lüdeke *in diſp.* ſub præſidio Excellentiſſ. & Celebratiſſ. JC. Samuelis Strykii habita *de cera rubra cap. 2. num. 49.*

27. Tales bullæ plumbeæ Pontificis coronati ab una parte oſtendunt imagines Petri & Pauli cum literis SPASPE (id eſt S. Paulus Apoſtolus S. Petrus Epiſcopus) ab altera parte nomen Papæ, addito numero quotus in ordine is ſit. Si autem Papa nondum coronatus, tunc ſigilli antica quidem vultibus Petri & Pauli conſpicua, poſtica verò plana eſt. Ex mente verò illius Felicis Fabri *d. loc.* Papa ſolus adhibet ſigillum plumbeum ut ſummus Chriſtiani orbis Prælatus, qui addit ſequentia: *Caput Petri in eo* (ſigillo) *ſignificat cœlum clavibus Petri aperiri obſervatoribus Bullæ. Pauli caput ſignificat gladio Pauli neglectores bullæ pulſum ad inferos iri. Hanc Papæ ſententiam eſſe, ſignificatur ejus in altera ſigilli parte nomine.*

28. Sæpe memoratus Raynaldus obſervat in plumbo antiquiſſimorum Pontificum non impreſſas fuiſſe Petri & Pauli imagines, ſed tantùm illius Papæ nomen, cujus literæ obſignabantur: quod hodie obſervatur, à novioribus Papis introductum eſſe. Vetuſtiorem namque uſque adhuc bullam cum effigiebus Petri & Pauli ſe non reperiſſe dicit quàm ſub Adriano 4 qui anno 1153 vixit; & ſub Benedicto 7 Apoſtolorum imagines plumbo non imprimi. Sed ſub Paſchali 2 hunc morem cœpiſſe docet Doubletus *p. 475.*

29. Clemens 6 primus domus inſignia bullis ſuis impreſſit. Liquet id ex Alberto Argentin. *ad ann. 1342.* ſcribente: *hic Papa cùm arma progeniei ſuæ haberent quinque roſas, contra morem anteceſſorum totidem roſas poni fecit in bullis.*

30. Quare autem in bullis his Papalibus Pauli icon dextram, Petri verò ſiniſtram occupet partem? prolixè diſſerit Leo Allatius *lib. 1. de conſenſione perpetua Eccleſiæ Orientalis & occid. cap. 6.* & Nicolaus Alemannus *libro de læva & dextra.* Matth. Pariſ. ad ann. 1237 hac de re ita ſcribit: *In bulla Domini Papæ ſtat imago Pauli à dextris crucis in medio bullæ figurata, & Petri à ſiniſtris, nulla tamen inter tantos ſanctos eſt orta unquam contentio, ambo n. ſunt in coæquali gloria. Veruntamen propter Petri clavigeri dignitatem cum prioratu vocationis meritò à dextris crucis ejus imago collocanda videtur. Sed quia Paulus credidit in Chriſtum quem non vidit, à dextris figuratur.*

31. Quan-

31. Quantumvis antiquis temporibus quæ Imperatores edebant diplomata communiter Bullæ dicerentur, id tamen mutatum, & à longo tempore illas sibi proprias fecit Papa Romanus, vid. *lib. 1. ceremon. sac. eccles. Rom. c. 2. in fin.* cujus rescripta Bullæ nomine solùm hodie veniunt.

32. Venetorum Dux (de quo dicitur, quod sit in pompa Princeps, in curia Senator, extra urbem reus, in urbe captivus, quia peregrinari sine venia nequit) plumbo sigillat etiam literas suas; quod innotescit ex traditis Baldi *in l. 32. ff. de legib.* & Renati Choppini *lib. 2. de domanio Franc. tit. 2. n. 8.* dicentium literas Ducis Venetorum non plumbatas suspectas esse.

33. Illi autem privilegium plumbo epistolas & cuncta scripta obsignandi à Papa Alexandro 3 concessum esse nonnulli tradunt, adducentes hanc in rem verba Antonii Coccii Sabellici *in hist. Venet.* ita scribentis: *Ferunt Pontificem ipsum cùm Ducem* (scil. Venetum Sebastianum Ziani) *literas ad Federicum de fide legatis habenda cerâ obsignantem conspexisset: in Ciani & aliorum gratiam mandâsse, ut Ducariæ deinceps literæ PLUMBO munirentur; quem observationis usum ad hunc diem servari non ignoramus.*

34. Sed longè ante Alexandrum 3 Duces Venetos usos fuisse plumbeis sigillis probat Sansovinus *in Venetia lib. 11.* Idem adstruit Hieronymus Megiserius *descript. urb. Venet. lib. 2. c. 4.* inquiens: **Der Hertzog von Venedig sigelt von alters her mit Bley/ und ob wol einige meynen solche Freyheit mit Bley zu sigeln sey dem Hertzog von Pabst** Alexandro **dem** III **gegeben worden / so befindet es sich doch in der Warheit anders / dan die Hertzogen / noch ehe gemelter Pabst nach Venedig kommen ist / also gesigelt haben. In den Archiven zu Arbe einer den Venedigern unterthänigen Insul findet man ein Privilegium / welches der Hertzog** Vital Michaël **umb das Jahr Christi** 1160 **derselben Insul gegeben/ das ist mit Bley gesigelt / und stehen diese Worte im Bley:** *VI. MICHAEL DEI GRATIA VENET. DALMATIÆ ATQUE CROATIÆ DUX.* **Solches wird auch noch in viel andern Instrumenten gesehen/ so noch älter sind.**

35. Licet illa ita se habeant, potuit tamen esse, ut Alexander 3 inter alia privilegia (*) omnes chartas plumbo roborandi potestatem Duci concederet, cum anteà publica ejus monumenta tantùm ita munirentur, quod etiam testatur *Obbo* apud Sabellicum *dicto loco*, ubi ita lego: *Obbo, quem cum codicis, unde hæc accepimus, vetustate, tum quia omnia quæ eo bello accidere diligenter perscripsit, tempestate illa fuisse suspicari libet, duplici ait Venetos Principes ad eam diem signandi formâ usos fuisse: ut publica monumenta plumbo, epistolas & reliquos libellos cerâ communirent: sed tum primum Alexandro authore receptum, ut in his quoque plumbo illi uterentur.*

(*) inter quæ fuit, ut, quando Dux in publicum progreditur, pulsentur campanæ, tubæ resonent, ipsique vexilla aliquot colorum præferantur, Joh. Theod. Spreng. *Roma nova in prodromo.*

36. Refert Ptolomæus Lucenſis *in annal. pag. 14.* Alexandrum II Papam Rom. tribuiſſe Lucenſi civitati bullam plumbeam pro ſigillo communitatis.

37. Concilia quoque diplomatibus ſuis bullas plumbeas appendere patet ex diplomate Concilii Baſileenſis Hervordienſi civitati anno 1434 dato, quod legitur apud Knipſchild. *de civitat. imper. lib. 3. c. 24. n. 48.* & ſigillo plumbeo munitum fuit.

Cap. V.

De Bulla cerea ut & *variis ceræ coloribus.*

1. CEreâ Bullâ Byzantini Imperatores obſignabant literas ad matrem, uxorem & liberos ſcriptas, poſt Codinum *de official. aulæ Conſtantinop.* Bulenger *de Imp. Rom. lib. 2. c. 11.*

2. Obſervat tamen Cl. Kirchmannus *d. c. 8.* Ceream bullam in novellis conſtitutionibus appendi ſolitam, & probat illud ex ſolenni formula: *δι' ἐρυθρῶν γραμμάτων τοῦ βασιλέως καὶ ἡ διὰ κηροῦ συνήθης σφραγὶς*, qua multorum Imperatorum Novellæ concluduntur.

3. Ipſe etiam Alexius Comnenus in quadam Novella *tom. 2 pag. 186* edicit, ne impoſterum cujuscunque Reſcripti ratio habeatur, quod alicui judicum tranſmiſſam ad ſe litem exhibere prohibeat, *Κἂν διὰ κινναβάρεως ὑποσεσημασμένη τυγχάνῃ, κἂν τὴν κηρόβουλλον σφραγῖδα φέρηται*, *licet minio forte ſubſcriptum ſit, licet cereæ bullæ ſigillum habeat.* Nicolaus Patriarcha in Synodali epiſtola ad Imp. Alexium affirmat, ſe accepiſſe ejus *θείαν ἐπίλυσιν διὰ σφραγῖδος ἐκ κηροῦ καὶ φοινικῶν αὐτοχείρων γραμμάτων τὸ ἀξιόπιστον κεκτημένην.* i. e. *divinum reſcriptum per ſigillum cereum puniceaſque propriæ manus literas idoneè munitum*, Kirchm. *dict. loc.*

4. Bulla autem iſta cerea duplicis erat generis, ſcil. *rubra* & *praſina* ſeu viridis, atque dicebatur *δικήρεον*. Utramque adhibebat Imperator, quo indigitabatur ei æque ac Patriarchæ docendi munus competere. Balſamo *de privilegiis Patriarch. p. 444:* *ἐντεῦθεν γὰρ οἱ πιστοὶ δεσπόται καὶ αὐτοκράτορες, κατηχητικῶς ὁμιλοῦσι τῷ χριστωνύμῳ λαῷ ἢ θυμιῶσιν, ὡς ἱερεῖς καὶ μετὰ δικηρίου σφραγίζουσι.* i. e. *hinc enim uſu venit, ut fideles Principes & Imperatores catechetico more cum populo Chriſtiano colloquantur, aut ſuffitum faciant more ſacerdotum & cum cera duplici obſignent.*

5. Patriarcha autem utebatur non rubrâ ſed *praſinâ* cera. Hinc bis legitur in ſolutionibus nonnullarum quæſtionum Manuelis: *εἶχε τὸ μηνὶ Ἰουλίῳ ἐπινεμήσεως ἢ καὶ τὴν κηρίνην πρασίνην σφραγῖδα.*

6. Aliquando etiam Patriarcham Conſtantinopolitanum diplomatibus

bus ſuis (quibus argenteo calamo hæc verba Ιερεμίας ἐλέω Θεῦ ſubſcripſerat) *nigra cera* ſigillum addidiſſe narrat Martinus Cruſius *lib. 7. Turco-Græcia p. 288.*

7. Cerearum bullarum uſus aliis quoque conceſſus fuit, & primò quidem Principibus & Magnatibus (nam ſi credere licet Joach. Vadiano *tract. de German. colleg. & monaſt.* antiquitus privatos non uſurpâſſe ſigilla, ſed ſaltim ſubſcripſiſſe, Principes autem ſigillaſſe dicendum erit, Limn. *l. 1. c. 11. n. 27.*) ſucceſſu tandem temporis etiam aliis, aliqua tamen in colore differentia.

8. Sic diſcimus ex Joh. Bapt. Pignæ *hiſt. Principum Eſtens. p. 544* Fridericum V Imp. Maximiliani I patrem noviter à ſe creato Modenæ & Reggii Duci dediſſe facultatem cerâ albâ ſigillandi. Eandem poteſtatem Ludovicum XI Regem Galliæ Renato Siciliæ Regi anno 1468 d. 28 Jun. dediſſe, ut ipſe & omnes ejus poſteri in regnis Hieroſolymitano & Siculo aliisque ditionibus in Gallia ac extra eam ſitis albam ceram adhibere queant, ſcribit Tillet *au recueil des Roys de France, leurs couronne & maiſon en tiltre des grandeurs & excellences des Roys & royaume de France liv. 2.*

9. Memorat Cyriacus Spangenbergius **in der Manßfeld. Chronic** *cap. 348* **Daß Kaiſer** Maximilian anno 1512 **Graff Hoyern zu Manßfeld die gnade gethan / daß alle Graffen zu Manßfeld mit rothen Wachſe ſigeln mögen / da ſie bißher nur grünes gebrauchet hatten.** Fridericus 3 Imp. 1432 facultatem utendi in ſigillis cerâ rubrâ dedit Dominis de Volkersdorf Dn. Spener *oper. Herald. l. 2 c. 97 §. 4.* & Baronibus de Fleckenſtein in Dagſtul anno 1467 nec non civitati Laybacenſi in Carinthia, & Phinzingiis Noricis anno 1470, Dn. Diether *add. ad Beſoldi theſ. pr. v.* **Wachß** / Megiſer. *annal. Carinth. lib. 10. cap. 2.* Sigiſmundus civitati Conſtantienſi, Stumpf **in der Sweitzer Chronic** *lib. 6. c. 17*, Maximilianus 2 ann. 1570 urbi Stettinenſi in Pomerania, Frideborn *l. 2. hiſt. Stettin. p. 86*, Ferdinandus 3 Imp. 1654 Johanni Wachmanno Bremenſi ejuſque deſcendentibus poteſtatem eandem ceram adhibendi conceſſerunt.

10. Hodie cerâ rubrâ utuntur Imperatores, Pontifices (in Brevibus ſcil. Apoſtolicis, de quibus *cap. præced. n. 16*) Reges Angliæ, Daniæ, Suediæ, Poloniæ, Camera Spirenſis, Electores, Principes & Comites Imperii Germanici, nec non civitates quædam Imperiales (*) Comites Palatini, Academiæ nonnullæ, (**) Notarii, aliique quibus à Cæſare hoc indultum, vid. Dn. Stryk. *diſſ. eleg. de cera rubra cap. 3.*

(*) ſcil. *Biberacum* (quod quia Maximiliano I Imp. Brugis captivo ſuppetias miſerat jus ceræ rubræ acquiſivit. Höpping *de jur. inſign. c. 6. n. 1005.*) *Noriberga*, *Hamburgum* Dn. Stryck. *d. diſſ. c. 2. n. 37.* nec non *Brema.*

(**) videlicet Heidelbergenſis, Wittebergenſis, Viadrina, Jenenſis, Dusburgenſis, Tubingenſis,

Lipſien-

Lipsiensis, Kiloniensis, Basileensis, Marpurgensis, Ingelstadiensis, Moguntina, Herbipolensis, Argentinensis, Rinthelensis, Altorfina, Ultrajectina, Hardervicena, Gröningana.

11. Olim Imperatores nostros cerâ albâ usos fuisse, patet ex privilegio Wenceslai Imperatoris balneatoribus concesso (cujus tenorem ex Goldasti *tomo 2.* der Reichssatzungen *pag. 82. infra cap. ult.* vide) quod cerâ albâ obsignavit. Ludovicum Bavarum quoque Imp. eandem adhibuisse legitur apud Herwartum *pro Ludovico contra Bzovium p. 233.* De Episcopo Havelbergensi constat, quod *albam ceram* anno 1456 in instrumento quodam usurpaverit. Franciscus Maria à Politio sacri montis Sionis Guardianus testimonium Echardo à Brusewitz Nobili Pomerano de peregrinatione ad montem Sionem suscepta datum d. 18 april. 1666 *cerâ albâ* obsignavit Dn. Stryck. *d. c. 2.*

12. Quod Sigismundus Imp. prægrande sigillum *in cera flava* appenderit diplomatibus testatur αὐτόπτης Marq. Freherus *in not. ad Bull. Aur. Sigismundi Imp. de success. Comit. Pal. ad verb. sigilli testimonio*, ubi quoque inscriptionem sigilli istius adfert talem: *SIGISMUNDUS DEI GRATIA ROMANORUM IMPERATOR SEMPER AUGUSTUS AC HUNGARIE, BOHEMIE, DALMACIE, CROACIE, RAME, SERVIE, GALLICIE, LODOMERIE, COMMIE, BULGARIEQUE REX ET LUCEMBURGENSIS HERES. Addit:* aversâ parte circa aquilam videri hos versiculos:

AQUILA EZECHIELIS
SPONSE MISSA EST DE CELIS
VOLAT IPSA SINE META
QUO NEC VATES NEC PROPHETA
EVOLAVIT ALTIUS.

13. Regem Galliæ in signum eminentiæ supremæ cerâ albâ uti scribunt Philip. Knipschild *l. 2. de privil. civit. imp. c. 13.* Ranchinus *tom. 2. descript. Europ. tit. de Franc. regno* Limneus *d. c. 11. n. 29.* qui *in Not. regn. Franc. lib. 2. c. 7.* & *annot. ad Capit. Ferd. 3 conclusion.* ex Fauynio notat, quod Rex ille solus imprimat sigillum albæ ceræ in literis majoris momenti, & illis quæ principaliter dignitatem & majestatem ejus concernunt, nec non in negotiis, mandatis & commissionibus ordinum Equestrium regiâ authoritate institutorum.

14. Contradicunt tamen his Bodinus *lib. 1 de repub. c. 10.* Arnisæus *de jur. majest. l. 3. c. 1.* Louis Guyon *tom. 3. de diverses leçons liv. 3 chap. 25.* aliique asserentes ceram non albam sed flavam regi Galliæ propriam esse, &

hujus,

hujus, non verò iſtius, uſum Renato Regi Siciliæ conceſſiſſe, nec ſe unquam animadvertiſſe quod ullus Regum Galliæ candidâ cerâ ſigillaverit.

15. Noſtrum non eſt has componere lites, ſed Galli judicent quænam opinio veritati convenientior. Attamen hodie Regem Galliarum in negotiis gravioribus cerâ flavâ (quâ in Germania etiam Dicaſterium Rotwilenſe & Senatus Lipſienſis in omnibus expeditionibus & negotiis utuntur) ſigillare novimus ex Plenipotentiariorum ad pacis Weſtphalicæ tractatus mandato, quod inſtrumento Pacis Weſtph. Cæſareo Gallico additum eſt, ubi in fine mentio fit *ceræ flavæ* vid. *Octoviratum meum c.7.n.26.* Obſervat quoque Dn. Joh. Volk. Bechman *ad A. B. proœm. n.35.* in literis Ludovici 13 Pariſiis anno 1648 d. 20 Martii ſcriptis formulam iſtam: **und mit dem groſſen Sigel in gelb Wachß.** B. Dn. Joachimus Hagemejerus *tr. de Civit. Hanſeat. in privilegiis aliisque documentis publ. p.m. 40* refert ex actis publicis Parlamenti Pariſienſis ſequentia verba: *Parlamentum S. Regiæ Maj. literas patentes 1655 exaratas ſub magno ſigillo in* cera flava *vidit.*

16. Regis Ludovici 14 privilegium impreſſorium Ludovico Aubery anno 1679 datum (quod præfixum eſt libro, cui Titulus *Memoires pour ſervir a l'hiſtoire de Hollande & des autres provinces unies*) ita in fine habet: *Par le Roy en ſon Conſeil, ſigne BENOIST. Et ſcellé du* grand Sceau de cire jaune *ſur ſimple queüe.* In calce declarationis ejusdem Regis ſuper Reformatorum liberis 7 annorum editæ Verſailles de 1681 menſe Junio ſic legitur: *Signe Louis; & ſur le reply Par le Roy, Colbert. Et ſcellée* du grand ſceau de cire jaune.

17. In literis Delphinatus Regem Galliæ uti *ceræ rubræ* ſigillo oſtendente iconem Regis equo inſidentis, in memoriam, quod hæc provincia olim ſub imperio fuerit, ſcribit Spreng. *Rom. nov. p.54.*

18. Regis Galliæ literas reſponſorias Pariſiis anno 1531 d. 21 april. ad Electorem Saxoniæ nec non Imperii Principes & civitates Proteſtantes ſcriptas *cerâ rubrâ* obſignatas fuiſſe narrat teſtis oculatus Vitus Ludov. à Seckendorf *hiſtor. Lutheraniſm. lib.3. ſect.3. §. V. n.2.*

19. Stephanus Paſquier *aux recherch. de la France liv.2. chap.5.* obſervavit quoque literas aliquas Regis Galliæ *viridi cerâ* munitas.

20. Narrat Andr. Fauyn. *in theatro honor. lib.3. p.683* in Galliæ Cancellariis uſurpari ceram flavam in omni literarum genere, exceptis inſtrumentis regni, privilegiis ac veniis delictorum, quæ expediantur & ſigillentur *cerâ viridi*, additis laqueolis ex ſerico rubro & viridi contortis. Die veneris ſeptimanæ ſanctæ ante feſtum Paſchatis in magna Cancellaria ſolius *ceræ viridis* uſum eſſe, in ſigillandis literis veniæ delictorum pro irremiſſibilibus habitorum & ex miſericordia condonatorum, quam Reges Galliæ dicto

g die

die ſoleant præferre rigori, ad exemplum Regis Regum eodem die cruci affixi, ut homines redimeret à morte æterna quam meriti erant.

21. Cerâ viridi quoque utitur Academia Oxonienſis in Anglia, ex *apolog.antiq.Oxon.* Limn. *d.c.11.n.34.* Beſold. *theſ.pr.v.* Wachß Speidel *notabil. v.* Wachß. In Germania eandem uſurpant caſtrum Imperiale Fridbergenſe Höpping *de jure ſigill.c.3.* Academiæ Trevirenſis & Erfurtina, Reſpublicæ Francofurtenſis, Spirenſis, Lubecenſis, aliæque civitates Imperiales & municipales, quæ rubræ ceræ uſum ſpecialiter ſibi ab Imperatore vel Domino ſuo territoriali conceſſum probare nequeunt, Excell. D.Stryck *diſp. de cer. rubr.c.1.n.39.* Knipſch *d.cap.13.num.8.*

22. Cœruleæ ceræ licet nullus ferè uſus ſit, refert tamen Cl.Diether. *ad Beſold.d.voc.* Wachß Carolum V Imp. Doctori Stockhamero Noribergenſi anno 1524 privilegium tali cerâ utendi dediſſe.

23. De Nigra cera nihil memorabile occurrit, niſi quod Magnus Equitum Melitenſium Magiſter literas commeatus (die Paſſeporten) eadem ſigillet, ceu *cap.3.n.11.* diximus. Nigram tamen Ceram in Germania nemo uſurpat, niſi ob mortem parentum, liberorum, conjugis aut alterius conſanguinei in luctu ſit, tum n. eâdem non ſolùm chartas ſuas Principes, Comites, eorumque Cancellariæ, Regimina, Academiæ & Gymnaſia, ſed & inferioris conditionis homines ſignare ſolent.

24. Niger namque color apud nos pro luctuoſo & inauſpicato habetur ad exemplum non modo Romanorum, apud quos ille lugubribus ſaltim in rebus adhibebatur, ſed & Turcorum, qui eum pro triſti & ſiniſtro omine reputant, nec aliquis apud eos atro incedit veſtimento, niſi magna paupertate, afflictione aut luctu prematur, ceu teſtis eſt Auger. Busbequius *epiſt. 1. Legat. Turc.p. 66.* addens: Baſſas, cùm ipſe illos veſte nigrâ adiret, miratos, & feriò propterea conqueſtos eſſe. Perſas lugentes ſæpiuſcule totum corpus atro colore imbuere teſtatur Petrus della Valle *in itinerar. tom. 2. epiſt. 4.*

25. Hiſpanis tamen aliud placet; nam qui cum Rege eorum loqui vult, etiamſi Legatus Principis ſit, nigris veſtibus indutus eſſe debet, ex Authore *des Voyages d'Eſpagne* & *Journal de Sçavans p. 1. n. 8.* Cl. D. Becman *not. dign.diſs.6.c.2.n.10.*

26. Tataris Præcopenſibus etiam arrident nigræ veſtes, hinc æſtate illis, pluvio autem & brumali tempore albis incedunt, ceu pridem ſcripſi *in epiſtola de Statu Tatariæ Præcopenſ.§.26.* Apud Brachmanes Indicos niger color in maximo pretio eſt, ob corvum, qui ſoli ſacer eſt. Pier. Valer. *Hieroglyph.lib.23.* qui *lib. 40. hierogl.* quoque commemorat ſacerdotes Ægyptiorum ſemper nigris veſtibus indutos incedere debuiſſe.

27. Et ut id coronidis loco moneam. Talismodi Bullæ aureæ, argenteæ

&

& plumbeæ diplomatibus ex filis appenduntur. Cereæ autem capſulis incluſæ chartis per fila etiam applicantur. In aliis literis cera papyro vel membranæ imponitur, & illi ſigillum imprimitur.

28. Sigillum verò duo denotat, rem videlicet ſignatam ſeu typarium, cui inſculptum eſt ſignum quo utimur (germanicè dicitur **der Stempel**) & rem ſive figuram, quæ in cera ex impreſſione typi videtur.

29. Typaria illa Imperialia vel Regalia ſacra ferè ſunt, & magna veneratione exactâque cuſtodiâ digna habentur. Hinc eſt, quod, quando ſolemnis curia ab Imperatore vel Rege Romanorum celebratur, Electores Clerici ſigilla ſeu typaria illa à Cancellario aulæ Cæſareæ recepta ſtatim poſt peractam menſæ benedictionem ante Imperatorem vel Regem ponant in menſam; & poſtquam ea illis reddita, iſte, in cujus ArchiCancellariatu curia illa habetur, majus ſigillum ſeu typarium collo appenſum ad finem uſque convivii portet, ſecumque in hoſpitium ſuum ferat. vid. *A. Bull. meæ editionis nec non Heidelbergenſis de 1594 cap. 25*, editionis a Goldaſtinæ *cap. 27. §. 2.*

30. Eandem ob venerationem obtinet in Gallia, ut, quando Rex ſolenniter Lutetiam ingreditur, vel alium Monarcham eam intrantem ſolenni pompa excipere curat, ſigillum ſeu typarium Regium albo tolutario impoſitum magnam pompæ & ornatus partem occupet. vid. Theodorus Gotofredus *in ceremoniali Francico p. 368 & 495* ubi adventum Caroli V Imp. Lutetiam deſcribit, addens: in hoc ipſo introitu præſens erat Galliæ Cancellarius, quem ſequebatur tolutarius albus tectus aureo panno portans ſigillum Regis incluſum capſulæ factæ ex holoſerico violaceo intertextis liliis aureis & coopertæ velo translucido.

31. Talem quoque reverentiam apud Sinenſes ſigillo Sinico-Tatarici Imperatoris exhiberi diſcere licet ex relatione Cl. Frankenbergii qui **in der Schaubühne** pag. 545 hæc habet: **Dem Kayſerlichen Inſigel und Wapen/ welches einen Drachen fürſtellet/ müſſen alle frembde Geſandten / ehe ſie bey Ihrer Majeſtät** audientz **haben / in dem alten Hofe / alwo es in einem altfränckiſchen/ geringen und ringß umbher verſchloſſenen Throne verwahret wird/ ehre beweiſen. Wer ſich nun ſolcher** reverentz **weigert / dem wird auch die** Audientz **und Erſcheinung vor dem Kayſer verſaget.**

CAP. VI.

De Aureæ Bullæ Authore, loco confectionis atque promulgationis, ut & *idiomate.*

1. SUfficiant hæc de Bullis in genere. Pergimus jam ad *Bullam*, quæ ſecundum excellentiam *Aurea*, aliquando quoque *Carolina*, dicitur,

 quam

quam Carolus(*) IV Rom. Imp. anno Christi 1356 latino idiomate edidit, ceu dixi *supra cap. I. num. 15.*

(*) Hunc à patre Johanne Rege Bohemiæ in sacro fonte Wenceslai nomine insignitum, posteà autem in Confirmatione à Carolo Pulchro Galliæ Rege (apud quem pueritiæ rudimenta exegit) Carolum dictum fuisse, narrat Æneas Sylvius *in hist. Bohem. cap. 33.* & Cuspinianus *in vit. Caroli 4.* Quod tamen dubium redditur ex hujus Caroli 4 Imp. **Ordnung über den Gottesdienst der Kirchen und Chorherrn zu Karlstein** *de anno* 1357 apud Goldast. *part.* 2. **der Reichssatz.** *pag 66.* ubi Carolus fatetur sibi in baptismo Caroli nomen impositum esse. verba ita habent: **also haben wir auff unsrem neuen schloß Karlstein so wir von neuem und aufm grunde erhoben / und deme den Nahmen von unserm Tauffnahmen gegeben.**

2. De loco, ubi Aurea ista bulla confecta fuerit, non adeò inter Scriptores convenit. Joh. Trithemius *in annal. Hirsaugiens. tom. 2. ad ann. 1356 p. m. 229 seq.* (quem sequitur Guthberletus *in Chronolog. p. 465*) ponit Metensem civitatem, inquiens: *Anno VVichardi Abbatis tertio Carolus Imperator Rom. Imperiali benedictione susceptâ reversus in Germaniam, Principes regni ad curiam generalem apud Mediomatricum civitatem videlicet Metensem convocavit; ubi pene omnes totius regni Principes feuda regalia suorum Principatuum ab Imperatore susceperunt*, & pag. seq. *In dicto conventu Principum Metis celebrato rege Germanorum eligendo futuris temporibus ad Imperium, constitutionem & novam atque notabilem fecit, de consensu omnium regni Procerum, pro cujus confirmatione perpetua sigillum jussit insigi aureum: unde & aurea bulla est nuncupata usque in præsentem diem.*

3. Gemina huic tradit Author *Chronici Coloniensis* ita scribens: Anno 1355 **alß Kayser Karll wederum van Rome in Duytschland kommen was / so zoich he mit der Kaiserinne zo Metz / umtrint Kyrstmissen / ind bleiff dar dat Hogezyt. Ind anno 1356 beschreiff he die Kuerfürsten dair by yn zo kommen. Do quamen alle Kuerfürsten und ander vill Fürsten / Graven / Ritter und Knecht. Deßgelychen uyß Franckrych quamen auch zo Metz vill Fürsten und Herren** &c. **Item up der Dachfart ind Hoff mit rait ind consent ind bewylligung der Kuerfürsten / ind intgemeyn aller Fürsten von Duytschlanden / satzte deser Kayser Karll IIII di Gülden Bulle** &c. Idem in *eodem Chronico:* **Karolus der IIII hait Hoff gehalten mit den Kuerfürsten zo Metz mit grosser Majestait in bywesen des Konyncks von Franckrych** anno Domini MCCC **ind** LVI **jair / ind hait gesatzt / und up den Christdag doin offenbahren dat Gesetze / ind heischt die Gülden Bulle.**

4. Consentit Imperator Sigismundus dum in *cap. I* Aureæ suæ Bullæ de Pfalburgeris Noribergæ anno 1431 editæ sic loquitur: **und die hinzelegen der Allerdurchleuchteste Fürst und Herre Herre Karle Römischer Kayser / unser lieber Herre und Vatter seliger gedechtnus / durch Fried und Gerechtigkeit willen in dem Gesetze seiner Kayserlichen Gulden Bulle vor zeyten zu Metz gemachet**

gemachet und beschlossen / von den Pfolburgern luter und eigentlichen gesetzt hat. apud Gold. *part. 2* der Reichssatz. *p. 105*.

5. Sed erroneum hoc esse patet ex *fine prooemii* & *cap. 12* Bullæ istius Carolinæ, ubi dicitur Noribergæ confectionem istam factam fuisse. Quod tamen de viginti tribus prioribus capitibus tantùm intelligendum est, nam quæ sequuntur (ceu ex rubrica *capitis vigesimi quarti* apparet) Metis composita sunt.

6. Hinc manibus palpamus lapsum Sigismundi isto loco dicentis: in Bulla Metensi *cap. 16* agi de Pfalburgeris. Illud namque caput invenitur in parte Bullæ istius Noribergæ confecta & edita, non autem in illa quæ Metis promulgata est.

7. Inde quoque manifestum fit errâsse Georg. Theod. Dietrich, quando in definitione Aureæ Bullæ (quam *in not. ad eandem pag. 3* exhibet) inquit Bullam auream Noribergæ latam esse, de Metensi autem confectione planè silet.

8. Putat Goldastus *lib. 1 Senior. c. 20. n. 15.* & *lib. 3 Bohem. cap. 8 num. 16* Auream Bullam primùm Noribergæ compositam, deinde Metis in præsentia primogeniti Regis Galliæ promulgatam. Sed nec ille assensum meretur. Fateor quidem bullam istam non uno contextu conscriptam & promulgatam esse, quia id colligitur ex *A. B. c. 3.* & *c. 12.* nec non *d. cap. 24*, bonam tamen ejus partem Noribergæ promulgatam esse evincit vox *Edidimus* quæ in *d. fin. prooem. Aur. B.* occurrit.

9. Falluntur quoque Caspar Peucerus *lib. 5 Chronic.* & Johan. Palatius Vir Celeb. *tom. 1. Monarch. occident. cap. 5.* & *aquil. Saxon. lib. 14 cap. 3 num. 12* quando hanc bullam auream *Metis* conscriptam, Noribergæ autem promulgatam esse statuunt. Hunc n. errorem refellit vocula *promulgata*, quæ in *d. rubr. cap. 24* reperitur.

10. Dicimus itaque Aureæ hujus Bullæ capita 23 priora anno 1356 4 idus Januarii Noribergæ conscripta & edita, vid. *d. fin. prooemii & cap. 12 A. B.* reliqua autem, quæ à capite vigesimo quarto incipiunt, in curia Metensi eodem anno in die Natalis Christi composita & promulgata esse, *vid. d. rubr. cap. 24 A. Bullæ*.

11. Viginti ista & tria capita Aureæ Bullæ Noribergæ in ædibus ad leonem aureum (**zum guldenen Löwen**) conscripta esse scribit Hermannus Hermes *in fasciculo juris publ. cap. 1 n. 13*.

12. Sed errat Vir Clarissimus, quippe cùm non ibi, sed in domo sita **am Ponerßberge** / cujus insigne adhuc est scutum aureum (**güldner Schild** qui supra fores conspicitur cum epigraphe: **Diß Hauß stehet in GOttes Hand / zum gülden Schild ist es genant:**) confecta & consecrata fuerit, in qua etiam-

h num

num videtur non solùm conclave, in quo Imperator Carolus IV cum Imperii Statibus tum temporis consessum deliberationesque pro Imperii salute habuit, sed & capella viginti & quatuor pedes longa & duodecim pedes lata, (quemadmodum anno 1694 d.1,11 Augusti, cùm illam iterum inspicerem, accuratè dimensus sum:) in qua Aurea Bulla pro istius seculi more solenni missæ sacrificio consecrata fuit. Hodienum in ista capella parvum illud, in quo tum missam celebrarunt, altare conspicitur, cui impressum & nigro holoserico involucro munitum Aur. Bullæ exemplar Latinum & Germanicum idioma exhibens, impositum est.

13. Ædes istæ ad scutum aureum spectant jam ad Grundherrianos, quorum unus scil. Vir Nobiliss. Joh. Carolus **Grundherr** de **Weyerhauß** Patricius Noribergensis, mihi anno 1679 die 12 *Martii* conclave istud cum adjecto sacello monstrabat. Tempore autem confectionis Aureæ Bullæ ædes illæ familiæ Hallerianæ propriæ fuerunt.

14. De confectore Aureæ Bullæ hîc multi curiosi sunt, dum alii ipsum Carolum IV Imp. alii (quos inter est Goldastus (*) *lib.3 Senior. c.19* §.*3*) Bartolum de Saxoferrato, ob legum peritiam Lucerna Juris dictum, eandem conscripsisse autumant.

(*) idem tamen *in rationali constitutionum Imper. ad Aur. Bull. Caroli* 4 *p.* 103 ipsum Carolum 4 Imp. pro authore habet.

15. Novimus quidem ex Boissardi *tom. 1 icon. viror. illustr.* hunc Bartolum fuisse Caroli IV Consiliarium & ab eo inter Nobiles & Equites receptum, imò Comitivæ dignitate donatum, ceu ipse Bartolus testatur *in extrav. ad reprimendum* allegante Ditrich *ad A.B.p.m.2.* Ast cum nullibi hac de conscriptione quid legatur, & Bartolus anno confectionis Aureæ Bullæ mortem cum vita omnino commutâsset (testantur Abrah. Bucholcerus *in dice Chronolog. p. m. 365* Joh. Funccius *in chronolog. p. 159* illum anno 1355 Perusii obiisse ætat. 46, ibique apud fratres Minores sepultum) huic sententiæ adstipulari non possumus.

16. De Carolo 4 Imp. ex Chronographo Coloniensi (*) apud Gold. *in dict. rationali ad A. Bull. c.30. pag.103*, Paulo Langio *Chron. Citicensi ad ann. 1347*, Trithemio *in annal. Hirsaug. tom. 2. p. m. 215.* edition. Sangall. (**) Cuspiniano *in vit. Caroli 4* constat quidem, quod literarum fuerit peritissimus, & linguis quinque, scilicet Italicâ, Gallicâ, Bohemicâ, Alemanicâ, & Latinâ expeditissimus, non tamen credibile est tantum Principem solum hunc laborem suscepisse, licet in *fine procemii A. B.* dicat se leges istas *edidisse*. Nam illud eodem sensu intelligimus, quo Justinianus Imperator Institutiones, Pandectas, Codicem & Novellas *evulgâsse* legitur. Interim ex *d. procemii fine* patescit, quod Carolus 4 A. Bullam ediderit, quod nobis sufficit.

(*) verba

(*) verba ejus hæc ſunt: Ind was ein geleirt wyß Fürſte. He hadde lange zo Pariß in Franckrych geſtanden ind ſtudiert: ind konde di ſwartze Kunſt / alß ezliche ſagen. item. Ind kunde vünff Sprachen / under den hadde he duytſche Sprach allerliefſt.

(**) Trithemius ibi ſic loquitur: *Carolus Bohemiæ Rex in Regem Germanorum confirmatus, ſolus jam & ſine contradictione cœpit regnare pacifice, regnavitq; in toto annis duobus & triginta, vir bonus, magnificus, prudens & doctus, quinq; literarum peritiſſimus, Latinæ videlicet, Germanicæ, Bohemicæ, Ungaricæ & Italicæ.*

17. Hinc (quia de individuo non conſtat) probabilius, & forſan verius, eſt dixiſſe, quia Aurea Bulla cum Procerum Germanicorum conſenſu edita, quod eorundem Conſiliarii cum Imperatoriis Miniſtris confectioni huic operam impenderint.

18. Ita quoque noſtris temporibus in Comitialium Receſſuum confectione aſſolet fieri, ut, quando ſingula capita propoſitionis Cæſareæ aliaque incidentia negotia in tribus Collegiis Statuum ad finem perducta ſunt, ex Concluſis Imperii Statuum à Cæſare approbatis, per Directorium Moguntinum Receſſus Imperii conſcribatur, quem deinde Commiſſarii Cæſarei cum nonnullis deputatis Statuum ex tribus Collegiis utriuſque religionis ſummâ diligentiâ perluſtrant, utrum cum prædictis Concluſis conveniat, poſtea huic examini & correctionibus accedit reliquorum Legatorum conſenſus, vel emendatio, ſi opus fuerit, ulterior. Quo facto, duo exemplaria in membrana deſcribuntur & obſignantur. Dn. Joach. Hagemejer *de Comitiis Imperii Germ. cap. II.*

19. Auream ſuam bullam Carolus 4 Imp. Latino idiomate, ceu diximus *ſupra n. I.* edidit. Non jam inveſtigamus utrum ei licuerit neglectâ Germanicâ linguâ Latinam in conſcriptione ejus adhibere, quoniam autumamus neminem dubitare, quin Imperator eandem poteſtatem tunc temporis habuerit quâ noſtri gaudent Cæſares (quibus conceſſum eſt linguam in negotiis Imperii adhibere Latinam vel Germanicam vid. *Capitul. Caroli 5 Maxim. 2 Matthiæ art. 14 Ferdinandi I Rudolphi 2 art. 13 Ferd. 2 art. 12 Ferd. 3 art. 16 Ferd. 4 art. 24 Leopold. art. 43*) ut potuerit & Latino & Germanico idiomate pro lubitu uti, vid. Limn. *obſ. prælim. I ad A. B.* Sed hoc quærimus, quid cauſæ habuerit Carolus 4, quòd Sanctionem ſuam in Germaniæ Civitatibus Noribergenſi & Metenſi ob Germanorum commodum conditam non Germanicè, prout tum omninò à tempore Friderici II Imp. moris erat, ſed Latinè ediderit?

20. Limn. *dict. obſerv. prælim. I A. B.* & alii reſpondent id ideò factum, quia Carolus in linguam Latinam propenſior fuerit, quam expeditè locutus ſit, aliosque eâ utentes perbenignè audire ſolitus fuerit.

21. Sed contra illos facit, quod Imperator iſte Germanici idiomatis præ omni alio fuerit amantiſſimus, quod patet ex Colonienſis Chronogra-

phi verbis apud Goldast. *in ration. ad A.B.p.103* Ind kunde vünff sprachen: under den hadde he Duytsche spraeche allerliefffst. Darumb hayt he duytsche spraeche in Behem und in synen landen vast gemeirret. Want zo Prage und in allen Steden durch Beheimer Land sprach yderman dae zer zyt allermeist duytsch sprach / dar vur des Kaysers zyden niet dan Behemische spraeche was.

22. Nonnulli opinantur Latino ſtylo conceptam eſſe, quia à Bartolo JCto Germanicæ linguæ planè ignaro compoſita fuerit. Sed his hominibus regerimus, quod Bartolus ille ad plures abierit ante A. Bullæ confectionem *vid. ſupra n.16*, hinc non potuit actus viventium amplius expedire.

23. Veram tamen ejus rei me fateor neſcire rationem. Interim, ſi conjecturis locus, dicendum: Latinum Carolo eapropter placuiſſe idioma, ut Papæ Rom. (quem valde colebat Carolus) & aliis Germanici ſermonis ignaris innoteſceret quid Bullâ iſtâ circa electionem Cæſaris aliaque negotia ſtatutum eſſet. vid. B.D. Herm. Conring. *de origin. jur. German. cap. 27* Gratian. Philoecus ſeu Joh. Freinshemius *de vicariatu Palatino cap. 1 n. 14*.

Cap. VII.

De Aureæ Bullæ exemplaribus Originalibus Latinis, & in ſpecie Palatino, Apographis atque Editionibus diverſis, & Commentatoribus.

1. Latina exemplaria aureæ hujus Bullæ ſunt vel autographa vel apographa. Licet autem illorum numerum haut exactè noverim, pro certo tamen habeo: Carolum 4 Imp. ſibi unum ſervaſſe, & cuilibet Electori peculiare exemplum aureo ſigillo roboratum dediſſe.

2. De *Moguntino* Authentico illud conſtat ex diverſis ejus hactenus editis Copiis. *Bohemicum* originale aureo ſigillo ſigillatum contulit Goldaſtus cum aliis, ceu teſtatur *tomo primo Conſtit. Imp. p. 352*.

3. In archivo Electoris Trevirenſis hodienum originale Carolinæ iſtius ſanctionis ſigillo aureo conſpicuum reperiri ad me d. 19 Febr. anni 1682 Vir Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. D. Antonius Sohlerus S. Cæſ. Maj. in Senatu Imperii Aulico Conſiliarius & Eminentiſſ. Electoris Trevirenſis ProCancellarius Ehrenbreitſteinio ſcripſit. Archivum Colonienſis Electoris tale autographum quoque cuſtodire, dictis literis laudatiſſimus Sohlerus ſe audiviſſe refert ex illis qui illud inſpexerint. Electores quoque Saxonem & Brandeburgicum Aureæ Bullæ originale poſſidere mihi narratum eſt.

4. Authenticum Seren. Electoris Palatini Latinum omnibus innotuit, ex quo tempore copia ejus anno 1594 Heidelbergæ (curante forſan Marquardo Frehero) impreſſa & poſtea à Goldaſto Conſtitutionibus Imperialibus anno 1607 editis inſerta fuit.

5. Scri-

5. Scribit Joh. Limnæus *in obſerv. 2 prælim. ad A. Bull. n. 2* illud *fortaſſis* cum aliis literariis documentis & bibliotheca præcellentiſſima poſt occupatam bello tricennali Heidelbergam aliò perlatum. Fidem forſan huic habuit Phil. Reinh. Vitriarius Vir Celeberr. dum *inſt. jur. publ. lib. 1. tit. 2 n. 13* ſcripſit originale Palatinum A. B. nunc Romæ eſſe. Sed fundamento caret illius conjectura hujusque relatio, quippe cùm adhuc in archivo Electorali Palatino illæſum conſpiciatur, quemadmodum ipſe poſſum teſtari, qui Heidelbergæ iſtud originale nitidiſſimum d. 6 decembr. 1681 ibi in manibus habui, diligenterque perluſtravi. Et cùm ante deditionem Heidelbergæ, Gallis autumno anni 1688 factam ad Sereniſſ. Electoris Palatini juſſum archivum illud tutum in locum aveheretur, originale iſtud Aureæ Bullæ eo etiam perlatum eſt.

6. Conſtat autem ex viginti quatuor foliis membranaceis in quarto, ceu dicunt, majori, involucrum ex alba, aſt groſſa, membrana habentibus. Per folia iſta infra ducta ſunt tenuiſſima fila ſerica, unius, & quidem flavi, coloris, ex quibus dependet ſigillum aureum, quod Francofurtenſi adeò in omnibus ſimile eſt ut ovum ovo: hinc nullus dubito aſſerere, uno eodemque typo omnibus ſigillis aureis figuras iſtas impreſſas fuiſſe. Quoad characteres & orthographiam hoc originale Palatinum cum Francofurtenſi quoque convenit, adeò, ut putem utrumque unius manuſcriptum eſſe. In fronte exemplaris Palatini legitur elenchus capitum A. Bullæ, quorum ſaltim XXI adſcripta ſunt: ſubſequuntur verſus iſti:

Omnipotens eterne Deus ſpes unica mundi
Qui celi fabricator ades qui conditor orbis
Tu populi memor eſto tui &c. &c.

Capita omnia (viginti ſcil. & ſex) numeros aut cifras adſcriptas non habent. Caput vigeſimum quartum, cujus initium: *Si quis cum Principibus &c.* & vigeſimum ſextum, quod incipit: *Decernimus hoc Imperiali edicto &c.* non habet rubricam, ſed loco ejus album relictum eſt ſpacium.

7. Civitas Imp. Mœno-Francofurtana in grammatophylacio (ſic archivum vocatur *l. 9* §. *6 ff. de pœn.*) ſuo ſanctè quoque cuſtodit autographum, quod Carolus 4 Imp. ei ob hanc, ni fallor, rationem dedit, ut Electores Cæſaris electionem Francofurti impoſterum inſtituentes libellum legum de electionis actu diſponentium ſtatim, incidente aliquâ controverſiâ, ad manum haberent, ac magis ejus juſſibus obedirent.

8. Hoc eſt famigeratiſſimum illud Bullæ Aureæ exemplar, quot tot curioſorum hominum millia inſpexerunt, & quod ab omnibus pro originalium optimo, atque à nonnullis primo, habetur. Imò illud in tanto pretio

est apud Imperii Germ. Proceres, ut prospiciant ne quid corruptionis patiatur.

9. Sic cùm fila serica nigri & flavi coloris (ex quibus sigillum aureum originali membranaceo adfixum pendet) vetustate attrita essent, anno 1642 Eminentissimus Elector Moguntinus Anselmus Casimirus misit Francofurtum Gernardum Philippum de Swalbach Cantorem ecclesiæ Cathedralis Moguntinæ, & Thomam Disselium J. U. L. atque Consiliarium intimum, qui cum Reip. Francofurtensis deputatis Hectore Wilhelmo de Günterod, Hieronymo Stalburgero & Joh. Swindio, Prætore, Consule, Scabino & Senatore, Jacobo Schütz & Zacharia Stenglin J.U. Doctoribus & Syndicis, nec non Adamo Schile Secretario, in præsentia duorum Notariorum Immatriculatorum Joh. Petri Reifschneideri Civis Emdensis & Andreæ Ebertz Isnensis, ut & testium Johannis Reitzen J. U. D. Achillis Uffenbach J.U.L. Antonii Glocken J.U.D. ac Joh. Albrechti Jormanni LL. Candidati & Notarii Publici, die X Decembris in curiæ conclavi electionis (**der so genanten Wahlstuben im Römer**) serica fila flavi & nigri coloris per 43 folia membranea & sigillum aureum traxerunt, quemadmodum cognovi ex instrumento 10 plagularum membranacearum à supra nominatis Notariis desuper confecto eorumque sigillo ex cera rubra capsulæ ligneæ incluso roborato, quod Nobiliss. Antonius Raumburgerus J. U.L. & inclytæ Reip. Francofurtensis Secretarius Prim. mihi anno 1681 in Curia Francofurtensi ad legendum obtulit: nuper autem dignissimus Ejus in munere successor, Vir Ampliss. Joh. Christianus Itterus, JCtus celeberr. Fautor meus honoratissimus, post benevolam Illustris & Magnifici Senatus permissionem, integram ejus copiam mecum communicavit, quæ de verbo ad verbum ita habet:

JM Nahmen der Heiligen Göttlichen Dreyfaltigkeit Amen. Offenbahr kund und zu wissen seye mit diesem gegenwärtigem offnen Instrumento requisitionis & attestationis, jedermänniglichen / denen es zu lesen / sehen oder hören lesen / vorkommen wird / daß in dem Jahr / als man nach der allein seeligmachenden Geburt unsers HErrn und Heylands JEsu Christi Sechzehen hundert zwey und vierzig zehlte / in der zehenden Römer Zinßzahl / zu latin Indiction genandt / bey Herrsch- und Regierung deß Allerdurchleuchtigsten / Großmächtigsten und Unüberwindlichsten Fürsten und Herrn / Herrn **Ferdinandi des Dritten** diß Nahmens erwöhlten und coronirten Römischen Kaysers zu allen zeiten Mehrern des Reichs / in Germanien zu Hungarn / Böheimb / Dalmatien / Croatien und Sclavonien 2c. Königs / Ertzhertzogens zu Oestreich / Hertzogens zu Burgund / Steyr / Kärndten / Crain und Würtemberg 2c. Graven zu Habßpurg / Tyrol und Görtz 2c. Unsers allergnädigsten Herrn /

Herrn/Ihrer Kays. Majest. Regierungs Reiche/des Römischen im sechsten/des Hungarischen im achtzehenden/und des Böhmischen im sechzehenden Jahren/ auff Sambstag/welcher war der zehende Tag des Monats Decembris, Alten Calenders/ Vormittag ungefehr zehen Uhren/allhier in der Kayserl. Freyen Reichs- und Wahlstadt Franckfurt am Mayn/im Römer oben auff/in der gewöhnlichen grössern Wahlstuben/zur rechten Hand einzugehen: vor Uns Kayserlichen und in Camera Imperiali approbirten und Immatriculirten Notarien/benantlich mir Joanne Petro Reifschneidero und mir Andrea Eberzen/ sampt denen hierzu sonderlich erforderten und erbettenen glaubwürdigen Gezeugen/persöhnlich erschienen seynd/die Hochwürdige/Wohl-Edelgebohrnen/Gestrenge/Edle/Ehrnvest/Hochgelehrte und Hochweise Herrn/Herr Gernandt Philips von Schwalbach / deß hohen Ertz-und Dhombstiffts zu Mayntz Dhombsänger und Dechant zu Pleydenstatt/ Röm. Kayserl. Majest Rath ꝛc. und Herr Thomas Diessel/beeder Rechten Licentiatus, Churfürstl. Mayntzis. geheimer Rath/ als des Hochwürdigsten Fürsten und Herrn/Herrn Anselmi Casimiri, Ertzbischoven zu Mayntz/des Heiligen Römischen Reichs durch Germanien Ertz Cantzlers und Churfürstens/ hochansehnliche ad hunc actum insonderheit abgeordnete Herrn Deputirte: So dann Herr Hector Wilhelm von Günterrode/des Heiligen Reichs Statt-Gerichts Schultheiß/Herr Hieronymus Stalburger/jetziger zeit regierender Elter Burgermeister/Herr Johann Schwind Schöff und des Raths/Herr Jacobus Schütz/und Herr Zacharias Stenglin/beede der Rechten Doctores und Syndici, samtliche eines Wohl Edl. Gestr. Ehrnv. und Hochweisen Raths allhie zu Franckfurt hierzu Deputirte/bey sich habend Herrn Adam Schiele/Stattschreibern: Und hat ob wohlgedachter Herr Zacharias Stenglin/ beeder Rechten Doctor und Syndicus, folgenden mündlichen Vortrag gethan/ und uns Notariis zu verstehen gegeben/wie daß Ein Wohledel/Gestreng/ Ehrenvest und Hochweiser Rath dieser Statt eine hohe Notturfft/wie es dann auch der Augenschein selbsten mit sich brächte/erachtet: Daß nachdeme Weyland der Allerdurchleuchtigste/ Großmächtigste und Unüberwindlichste Römische Kayser Carolus, dieses Nahmens der Vierdte/Christmildesten und glorwürdigsten Angedenckens und das Heilige Reich/hiesiger/ alß des Heiligen Reichs Königlichen Wahlstatt Franckfurt am Mayn / diese sonderbahre Gnad erwiesen/und dero pragmaticam in Anno 1356. publicirte Sanctionem Imperii, gemeiniglich die güldene Bull genannt/in Originali zu conserviren/ allergnädigst anvertrauet und überlieffert: Und aber die daran hangende/und durch die Kayserl. Bullam gehende seydene Fäden durch die langwührige Zeit (sich in die 286. Jahr erstreckend) consumirt/und dergestalt sich allgemach von der Schärpffe des Pergaments/durch welches sie gezogen gewesen/ abgefressen und verzehret worden/daß man dieselbe mit neuen gelb und schwartzen

 seyden

seyden Fädenen / wie augenscheinlichen / so wohl durchs Pergament / als auch durch die Kayserlicher Majest. Güldne Bullam ziehen / und gebührend wiedrumb anhangen müste / zu welchem Ende dann ein Hochermelter Rath dieser Statt / einen Schedulam requisitionis zu Papier bringen und verfertigen lassen / den er uns Notarien und unsern Herrn Gezeugen vorlesen wolt / wie auch alsobald geschehen; Nach Verlesung desselben hat offt-wohlgemelter Herr Doctor Zacharias Stenglin Syndicus, unsere zu diesem actu erforderte Herrn Gezeugen Ihrer Eyd und Pflichten / womit dieselbe Einem Wohledlen / Gestrengen / Ehrenvest und Hochweisen Rath dieser Statt verwandt und zugethan / gäntzlichen erlassen / ledig und loß gesprochen: Worauff wir Notarii die Herrn Gezeugen / nacheinander solemniter & specialiter diesen Actum nebens Uns in gute Auffacht zu ziehen / requirirt und erfordert / die sich auch gutwillig dazu verstanden / und hat offt wohlgedachter Herr Doctor Zacharias Stenglin Syndicus, uns beede Notarios, im Nahmen der anwesenden Herrn Deputirten des Raths allhier / gebührender massen mit Gold und Silber subarrhiret / und den vorgelesenen requisition-Zettul unter des Raths Insiegel uns Notarien zustellen lassen / der wortlichen lautet / wie folget: Ernhaffte / Wohlgelehrte / Kayserliche Immatriculirte Notarii. Euch lassen die WohlEdle / Veste / Ehrenveste / Fürsichtige und Wohlweise Herrn Bürgermeister und Rath des Heiligen Reichs-Statt Franckfurt am Mayn / durch Uns dero hierzu Deputirte / hiemit zu vernehmen geben: Als Weyland der Allerdurchleuchtigste Großmächtigste und Unüberwindlichste Römische Kayser CAROLUS, dieses Nahmens der Vierdte / Christmiltesten und glorwürdigsten Andenckens / und das Heilige Reich / hiesiger vorgemelter / alß des Heiligen Reichs Königlicher Wahlstatt Franckfurt am Mayn / diese sonderbahre Gnad gethan / und dero pragmaticam bereits in Anno 1356. publicirte Sanctionem Imperii, gemeiniglich die **Güldene Bull** genandt / in originali zu conserviren allergnädigst anvertrauet und überlieffert / daß demnach gedachte Aurea Bulla, wie selbige hier zugegen in Originali vor Augen liegt / von auch erwehnten Herrn Burgermeistern und Rath allhier / äusserster Sorgfalt nach / biß diese Stund verwahret / conservirt und uffgehalten worden ist.

Allermassen aber die durch den libellum præfatæ pragmaticæ Sanctionis und daran hangende Kayserliche Bullam gehende gelb und schwartz seidene Fäden / durch Langwührigkeit der Zeit (sich nunmehr in die 86. Jahr erstreckend) nach und nach (wie alle Sachen auff dieser Welt der Vergänglichkeit unterworffen /) consumiret und dergestalt verzehret worden / daß sich die seydene Fäden allgemach abgefressen / und einer nach dem andern durch die Schärpffe des Pergaments / durch welches sie gezogen / wie solches ocularis inspectio, so Ihr neben euren bey euch habenden / ihrer Bürgerlichen Pflichten ad hunc actum erlassenen Gezeugen / hiemit einnehmen werden / zu ersehen gibt / abgeschnitten / biß endlich

endlich die schwere der Bull dieselbe miteinander dissolvirt und weg gerissen hat.

Also haben wohl-ermelte Herrn Bürgermeister und Rath / vorderst ihre Schuldigkeit zu seyn erachtet / dieses dem Hochwürdigsten Fürsten und Herrn / Herrn ANSELMO CASIMIRO, Ertzbischoffen zu Mayntz / des Heiligen Römischen Reichs durch Germanien Ertz-Cantzlern und Churfürsten rc. gebührend zu notificiren; Und weilen bey der Posterität nicht verantwortlich seyn wollen / dieses vornehme Kleinod / dermassen wie obgehört / von einander separirt zu lassen; Solches aber sonderlich eine Ihrer Churfürstl. Gn. Ertz-Cancellariat Ampt mit concernirende Sache ist / dieselbe unterthänigst zu ersuchen und zu bitten / daß Ihre Churfürstl. Gn. jemand gnädigste Commission und Befelch aufftragen wolten / gegenwärtigem Actui beyzuwohnen und anzusehen / nicht allein wie der libellus vorangedeuter pragmatischer Sanction, so wohl an dem Bund / alß Pergament / deßgleichen die Bulla gantz unversehrt / ungeändert / und in voriger gäntzlicher wahrer Integrität: Sondern auch / wie hingegen die dadurch gezogene seydene Fäden / annoch in demselbigen Libello hangend / mit denen / welche gleichfals durch die Bulla gezogen und in selbiger hafften / allerdings gleichförmig und übereinstimmend seyen: Und daß demnach solche Fäden bey gegenwärtigem Actu, so wohl auß dem Libello, alß der Bulla selbsten vor höchstgedachter Ihrer Churfürstl. Gn. hochansehnlichen hierzu Deputirten Herrn Gesandten abgelöset und auß- hingegen aber andere an voriger statt ein- und durchgezogen werden.

Wann dann hierzu mehr höchstermelt Ihre Churfürstl. Gn. den Hochwürdigen / WohlEdelgebohrnen Herrn Gernandt Philipsen von Schwalbach des hohen Ertz-und Dhombstiffts zu Mayntz Dhombsängern / und des hohen adelichen Ritterstiffts St. Ferucii in Pleidenstatt Dechanten / Röm. Kayserl. Majest. Rath rc. wie auch den WohlEdlen / Vest und Hochgelahrten Herrn Thomam Düsseln / beeder Rechten Licentiaten / Churfürstl. Mayntzis. geheimen Rath / gnädigst zu deputiren gefallen / und Ihro Hochw. Gn. und Herrl. das Werck anjetzo vorzunehmen geliebt hat.

Alß ersuchen im Nahmen vor mehr-bemelter Herrn Bürgermeister und Rath dieser des Heiligen Reichs Wahlstatt Franckfurt allhier / unserer Herrn Principalen und Obern / wir Euch beyde Immatriculatos Notarios, in Krafft gegenwärtigen unter gemeiner Statt Insiegel bekräfftigten requisition-Zettuls bester massen / Euers tragenden Ampts halben / benebens mit gewöhnlicher subarrhation in Gold und Silber requirirend / daß Ihr diesem anjetzo vorstehendem Actui beywohnen / die ocularem inspectionem præfati libelli pragmaticæ sanctionis, ejusdemque Bullæ einnehmen / und was damit vorgenommen werden wird / mit Fleiß anhören / vermercken / annotiren / protocolliren / und

Uns ad perpetuam rei memoriam, umb die Gebühr/ein oder mehr Instrumenta publica darüber gesamter Hand verfassen und zukommen lassen wollet. Signatum Franckfurt am Mayn den 10/20. Decembris Anno 1642.

(Locus Sigilli Civit. Francofurti in cera viridi.)

NAch diesem hat offt wohl-gemelter Herr Doctor Zacharias Stenglin/ Syndicus, das libellum pragmaticæ Sanctionis, welches von obgemeltem Herrn Stattschreibern Adamo Schielen/ in einer schwartzen zugeschobenen Laden exhibirt/ herauß gethan/ und auff die lange Tafel geleget/ so in quarto, in rothem Leder/ gelb auff dem Schnitt gebunden/ und in sich zwey und viertzig in Lateinischer Sprach beschriebene Pergamenten Blätter/ wordurch die gelb und schwartz seidene Fäden gezogen/ und ein Viertheil eines Blats beschrieben / so an dem Compert angepappet/ begreiffend/ dessen Libelli Anfang und Conclusion Uns Notarien und Gezeugen vorgelesen / und die güldene Bullam agnosciren lassen: Daß nemlich selbige noch gantz und gar unbeschädiget und unverletzet/ in vollem esse, biß auff die verzehrte seydene Fäden wären/ auch sonsten kein Mangel daran erschiene/ vorgezeiget/ und lautet der Anfang offtgedachten Libelli Sanctionis pragmaticæ verbotenus uti sequitur:

In nomine sancte & individue Trinitatis feliciter Amen.

CArolus quartus divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus & Bohemiæ Rex. Ad perpetuam rei memoriam. Omne regnum in se divisum desolabitur, Nam Principes ejus facti sunt socii furum, &c.

Finis ejus est & ita sonat:

Hunc autem perficiendi modum in præmissis ponimus observandum & relinquatur optioni parentum & filios suos, si quos habuerint, seu proximos, quos in principatibus sibi credunt, verisimiliter successuros, ad loca dirigant, in quibus de hujusmodi linguagiis possint edoceri, vel in propriis domibus pædagogos instructores & pueros consocios in hys peritos eis adjungant, quorum conversatione pariter & doctrina in linguis ipsis valeant erudiri.

Und dann ferners haben die sämptliche Herrn Deputirte/ zween Meister von Goltschmieden/ mit Nahmen Mr. Elias Kempff und Hanß Wilhelm von den Popeliern/ fordern lassen/ welche die güldene Bullam, wardurch die seydene Fäden gezogen/ deren vier und zwantzig gelben/ und vier und zwantzig schwartzen gewesen/ auffgethan/ und als die neue seydene Fäden wiederumb durchgezogen gewesen/ zum fleissigsten zugemacht / daß man es nicht daran sehen/ noch vermercken können. Worauff Uns Notarien und Herrn Gezeugen/ das Libellum pragma-

pragmaticæ Sanctionis, mit der gülden Bulla wie dieselbe de novo zugerichtet/ zu besichtigen in Handen gegeben/ dabey wir sampt und sonders erinnert / alles dessen was wir gesehen und gehöret / wohl eingedenck zu seyn; Insonderheit aber Bullam Cæsaream, an dem Libello hangend/fleissig zu recognosciren/ und derselben Uberschrift wohl ad notam zu nehmen/welche im vordern Theil Weyland Kaysers Caroli des Vierdten Bildnus præsentirt/ mit den Worten:

Karolus quartus, Divina Favente Clementia Romanorum Imperator, semper Augustus & Bohemiæ Rex. &c.

Auff der andern Seithen stund ein Bildnus so eine Vestung oder Schloß zu ersehen gibt/ in dero Pforten diese Wort getruckt stehen:

Aurea Roma.

Rund umbher aber folgender Verß:

Roma. Caput. Mundi. Regit. Orbis. Frena. Rotundi.

Nachdeme wir Notarien und Gezeugen nun dieß alles gnugsam besichtiget/ gelesen/in notam genommen/ und befunden/ daß alles und jedes gar herrlich und wohl verrichtet / habe ich Notarius Reiffschneider und ich Notarius Ebertz / das Libellum pragmaticæ Sanctionis und anhangende Güldene Bullam also verfertiget dem Herrn Stattschreiber Adamo Schiele hinferners zu verwahren/ und an ihren gebührenden Orth hinzulegen/ zu Handen gestellet.

Wormit dann dieser Actus, welcher über die zwo Stunden sich erstrecket/ seine Endschafft erreichet / und seynd wir Notarii, mit unsern Herrn Gezeugen davon getretten.

Geschehen sind diese Ding im Jahr/ Indiction, Kayserl. Majest. Regierungs Reiche / auff Monat/ Tag/ Stunden / auch Ordten / Enden und Mahlplatzen/ wie oben vermeldet/ in persöhnlicher Gegenwart der Edlen/Ehrnvesten/ Hochgelehrten Herrn Johannis Reitzen J.U. Doctoris, Herrn Achillis Uffenbachii J.U. Licentiati: So dann Herrn Anthonii Glocken/J.U. Doctoris und Herrn Joannis Albrechti Jormanni, LL. Candidati und Notarii Publici.

Alß hierzu von Uns Notariis solemniter & specialiter erforderter und erbettener glaubwürdiger Gezeugen. rc.

Weiln nun wir Johannes Petrus Reifschneider, und Andreas Ebertz Publici & in Camerâ Imperiali approbati & immatriculati Notarii, bey obgeschriebenem allem mit obgedachten Herrn Gezeugen / selbst Persöhnlichen zugegen gewesen / solches alles also geschehen zu seyn/ gehöret/ gesehen/ in notam genommen/ und zum Theil durch Uns verrichtet; Alß haben wir dieß gegenwärtige offene Instrumentum darüber begriffen / in diese offene Form redigirt und gebracht : Es durch einen fidelem ammanuensem, auß unserm hierüber verfertigten Protocollo ingrossiren und schreiben

 lassen/

lassen / und nach beschehener fleissiger collationirung / mit unserm Tauff-Zunahmen / gewöhnlichen Notariat Signet, und angebohrnen daran hangenden Pittschafften / dasselbe in der Mitten mit einer von blau / weiß / gelb und schwartzer seiden Schnur durchgezogen / mit unsern eygen Handen unterschrieben / corroborirt / befestiget / gezeichnet und gesiegelt.

(L. S. J.P.R. N.) Alß wir dann hierzu specialiter & solemniter officii ratione, requirirt / erfordert und erbetten. rc.

Johannes Petrus Reiffschneider Publicus & in Camerâ Imperiali approbatus & Immatriculatus Notarius, ac Civis Embdensis rogatus & requisitus subscripsit. æt. 62.

Manu ppria.

1642.

Andreas Eberzius Isnensis, Publicus & in Camerâ Imperiali Immatriculatus Notarius, requisitus ut supra, subscripsit & sigillavit

Manu ppria.

(*Sigillum* Jo. Petri Reiffschneider Notar.) (*Sigillum* Andr. Eberzii. Notar.)

10. Dictum Francofurtense originale quia pro omnium emendatissimo reputatur, & ad illud in emendationibus textus A. Bullæ recurri solet, ideò diversorum Eruditorum Virorum precibus me induci passus sum, ut post impetratum Magnifici & Amplissimi Senatus Francofurtensis consensum Copiam accuratissimam ejus anno 1681 conficerem, quam huic Tractationi etiam subjungo.

11. Apographa A. Bullæ jam videamus. Ea verò sunt vel manuscripta vel typis impressa. Illorum hinc & inde aliqua in archivis & bibliothecis conspiciuntur. Dresdæ in Potentiss. Electoris Saxoniæ bibliotheca reperitur Codex MStus, quem tempore Imperatoris Sigismundi confectum esse ex certis indiciis colligit Nobiliss. Ebersbach, bibliothecæ illius custos dignissimus, qui quoque commemorat quod Capitis XI verba ultima ita habeant: *Si vero tales Electorum Principum vasalli & homines, ab aliis etiam Archi Episcopis, Episcopis sive Principibus similia feuda possident, & larem fovent in illis, ex tunc si iidem Archiepiscopi Episcopi vel Principes ab Imperio Bannum habent, & privilegium duella coram se agi permittere apud illos agatur de talibus, alioquin ad Imperialis curie Judicis examen super his decerni-*

cernimus recurrendum. In archivo Ducali Vinarienſi adſervantur exemplaria duo latino & germanico idiomate ante tria ſecula chartæ inſcripta, quæ Goldaſtus Dorotheæ Mariæ, Duciſſæ Saxo-Vinarienſi Viduæ propriâ manu dedicavit, ceu mihi Celebratiſſ. Dn. Pfannerus d. 3. Oct. 1694 Vinariâ ſcripſit. In bibliotheca Sereniſſ. Ducis Saxo-Gothani reperitur etiam MS^tum A. B. Latinum & Germanicum eximiæ vetuſtatis; deſcribit illud W. E. Tenzelius V. Cl. & Hiſtoricus Saxonicus nominatiſſ. *in Dialog. menſ. Auguſt. 1690 p. m. 766 ſeqq. Obrechtianum MStum* laudatur valde in præfatione novæ editionis Limnæi obſervat. ad Aur. Bullam. Hieronymum Guilielmum Ebnerum ab Eſchenbach Patricium Noriberg. nobiliſſimum Aureæ Bullæ *vetus & probum MStum* poſſidere narravit mihi Joh. Chriſt. Wagenſeilius non ſolùm Academiæ Altdorfinæ, ſed etiam totius Reip. literariæ decus. Omnium optimum & curioſiſſimum eſt MStum, quod in bibliotheca Vindebonenſi viſitur, & juſſu Imp. Wenceslai anno 1400 in folio regali deſcriptum, multisque imaginibus coloratis exornatum eſt. In ejus Capite XI verba iſta: **Solch Geſetz und Recht umb etl. Zweifels 2c.** quæ in exemplaribus Moguntino & Vinarienſi germanicis habentur, etiam Latinè leguntur. Integram & accuratam ejus nunc edimus copiam.

12. Supra memoratum Grundherrum poſſidere quoque MStum Latinum antiquiſſimum, in quo verba iſta cap. 11 **Solch Geſetz und Recht umb etlichs Zweifels** &c. quoque legantur, Wagenſeilius & Chriſtophorus Arnoldus Viri Emendatiſſimi, & quos Muſa vetat mori, literis me olim docuerunt & egomet dum illud 1694 11, 1 Aug. inſpicerem obſervavi. Quoniam verò illud aliquoties Laudatiſſimus Wagenſeilius *in doctiſſ. Commentatione de Officialibus & Subofficial. Imperii.* allegat, nonnulla de eo commemorabimus, licet non adeò accuratè ſcriptum, & incuriâ deſcribentis in contextu quædam verba omiſſa ſint. Conſtat id ex 16 foliis chartaceis initium ita habet:

Omnipotens eterne Deus ſpes unica mundi
&c. &c. &c.

poſt verſus iſtos ſcriptæ ſunt rubricæ capitum A. B. quarum duæ poſtremæ ſic habent:

De benedictionibus Archiepiſcoporum.
De ſolempni curia Imperiali vel regali.

Sequitur unâ eâdemque paginâ Textus A. Bullæ, cujus principium hoc: *In nomine ſancte & individue Trinitatis.* Capitum rubricæ (quibus non eſt appoſitus numerus) & Literæ initiales minio coruſcant. In toto contextu abbreviationum pleno non comparet aliqua diphthongus. Capitis XI hæc ſunt verba finalia: *Hanc autem legem propter quadam dubia quæ ex ea orta*

 ſub-

suborta fuerunt de illis dumtaxat feudalibus vasallis & subditis debere declaramus intelligi quæ feuda bona possessiones à principibus elettoribus ecclesiasticis & secularibus dependent que de temporali ipsorum jurisdictionis consistunt obtinere dinoscuntur & attualiter seu realiter resident, in eisdem si vero tales elettorum principum vasalli & homines ab aliis etiam archiepiscopis episcopis sive principibus similia feuda possident & larem fovent in illo ex tunc si idem Archiepiscopi & Principes ab imperio bannum habent & privilegium duella coram se agi permittere apud illos agat de talibus alioquin ad imperialis Curiæ judicis examen super hys decernimus recurrendum. In fine Capitis XXIII post verba: *Procedat seu quodlibet premissorum* sequentes voces cinnabari scriptæ sunt

Explicit Aurea Bulla.

Sequuntur hæc: *Infra scripte leges promulgate sunt in Curia Metensi &c. &c.* Post verba Aureæ Bullæ ultima: *Valeant erudiri* leguntur sequentia: *Expliciunt leges Imperiales Principum & Officialium Regis Romanorum.*

Forma juramenti que continetur in libro Romanorum Pontificum hoc est quod quilibet Romanus Rex teneatur jurare coram altare sancti Petri tempore coronationis & consecrationis in Romanum Imperatorem. Ego enim Rex Romanorum annuente spondeo polliceor atque juro coram Deo & sancto Petro me de cetero protectorem & defensorem fore summi Pontificis & hujus sancte Romane ecclesiæ in omnibus immunitatibus & utilitatibus suis custodiendo possessiones honores & jura ejus quantum divino fultus adjutorio fuero secundum scire & posse meum vera & pura fide sic me Deus adjuvet & hec sancta Dei Evangelia.

Cum scribitur anno millesimo quadringentesimo
Zodiaci sub circulo mira patent in seculo
WenZeslaus Rex Bohemorum caput Regni Romanorum
Propter gesta viciorum perdit regnum almanorum
Leo candore niveo divisa cauda banno
In rub'cato clipeo privatus est imperio.
Hic Bohemi armis pigri nunc deflete fortes uni
Quod regnator vestri nixi non fert pennas aquilini.
Illustris Dnus Barbale Rupertus magne glorie
Virtutum cum solamine procedit cum propagine
Electus Dei gratia ob probitatis merita
Servatur cum justitia ad Imperii palatia
Jurans per florum violas tunc justis confert gratias
Raptoribus insidias vindictas dat sevissimas
O Maria flos virtutum novi regis firma scutum

Ut

Ut sit tutum & acutum pagani contra jacula
In domo sua natus de muliere in quo Xstus factus.

13. Impressorum hodie magnam habemus copiam. Primam A.Bullæ editionem Goldastus *in ration. ad A. B. p. 96* scribit legi in calce tomi primi Conciliorum Coloniæ anno 1630. impressi. Prodiit alia anno 1548 Moguntiæ in folio apud Ivonem Schœffer, alia ibidem anno 1575. Alia deinde Francofurti apud Christianum Egenolphum studio ac opera Justini Gobleri JC. Alia ibidem anno 1612 typis excusa est. Alia Antwerpiæ 1566. Alia legitur in appendice librorum feudalium Cujacii. Goldastus in Constitutionum Imperialium tomo unico anno 1607 edito pag. 105 exhibet copiam Autographi Palatini. Illa tamen differt à Palatino originali in eo, quod hoc saltim 26, ista autem 30 capita contineat, & quæ hoc conjungit in uno capite, illa dividat & distinctim in diversis exhibeat.

14. In Codicibus Recessuum Imperii Moguntiæ anno 1599 1615 & 1660 editis Copias Moguntini autographi quoque videmus, quæ omnes viginti & sex titulos continent, cùm tamen in Schœfferiana illa editione quinque & viginti tantum tituli inveniantur.

15. Wittebergæ etiam anno 1671 cum præfatione W. L. D. (quem puto esse Excellentiss. ibidem Juris Antecessorem D. Wilh. Lyserum) copia A. B. edita est cum variis lectionibus ad marginem notatis. Hæc copia 1683 Francofurti ad Viadrum iterum impressa & Illustr. Joh. Frider. de Rhetz *doctiss. Institutionibus Juris publici* subjuncta est.

16. Goldastinum exemplar hucusque mutuo sumpserunt, ac suis notis & commentariis ad A. B. vel adjunxerunt, vel præmiserunt Arumæus, Rumelinus, Limnæus. Moguntinam autem Copiam exhibent Georg. Theodor. Ditrich & Dn. Joh. Volck. Bechman. atque Dn. Ahasv. Fritschius *in calce Manualis jur. publ.* A me verò annis 1681 & 87 publicatam copiam Francofurtensis Originalis Dn. Joh. Schilterus *Tomo 2 instit. jur. publ. Tit. 19* in sua editione per omnia sequutus est.

17. Moguntinæ Copiæ sunt distinctæ in titulos, Goldastina autem ad exemplum Originalis Palatini divisa est in Capita. Quæ distinctio magis convenit primæ confectioni & intentioni Imperatoris, quàm illa in titulos.

18. Nam Carolus 4 *in cap. 25 editionis meæ pag. 49 in fin.* ipse mentionem facit capituli Aureæ suæ bullæ, verbis: sicut *superius* in capitulo *de sessionibus & ordine Principum per nos est clarius diffinitum.*

19. Sigismundus Imp. in aurea sua bulla Noribergæ 1431 edita cap. 1 (*vid. supra cap. 6 n. 4*) allegat caput 16 de Pfalburgeriis ex aurea Bulla Caroli 4 ibi: **verbieten allermeniglich Pfalburger zu empfahen / zu haben und zu halten / als dan das in dem sechszehenden Capitel derselben güldin**

 Bullen

Bullen von der Pfalburger wegen clarlichen begriffen ist. Dasselbe Capitel also lutet: und wann etliche Bürger &c.

20. Fridericus V Imp. in seiner Küniglichen reformation zu Franckfurt 1442 auffgerichtet *cap. I.* allegat quoque caput 17 Bullæ Carolinæ, ibi: daß Kayser Carolus deß vierdten seeliger gedechtnisse unsers vorfahren an dem Rich guldin Pulle in dem Capittel von dem widersagen eigentlichen inhelt und außweiset.

21. Limnæus *obs. 3 prælim. ad A. B. n. 9* scribit: Goldasti exemplar Aureæ Bullæ contraria docere, nempe *cap. 22 in fin.* regem Bohemiæ Imperatorem seu Regem Rom. in processionibus immediatè nullo interveniente sequi; *cap. verò 26* Reginam Rom. vel Imperatricem immediatè Regem vel Imperatorem subsequi.

22. Verè equidem, nam Goldastus in exemplari, quod in Constit. Imp. tomo anno 1607 evulgavit, hæc contraria habet. In Palatino tamen originali talis contrarietas non offenditur; sed legitur idem quod in Moguntinis Copiis & mea editione. Verba dicti originalis Palatini ita habent: *Imperator eciam vel Regina Romanā suis augustalibus amicta insigniis, post Regem vel Imperatorem Romanorum & eciam post Regem Boem, qui Imperatorem immediatè subsequitur, competentis spacii intervallo suis associata proceribus, suisque comitata virginibus ad locum sessionis procedat.*

23. Auream hanc Bullam Caroli 4 multi Eruditi notis & commentariis suis illustrarunt. Goldastus *in rationali tomi unici Const. Imp. p. 96 seqq.* quatuor foliorum notas edidit. Gerlacus Buxtorfius priora 17 capita ejusdem in disputatione sua Inaugurali explicavit. Hunc insecuti sunt Dominicus Arumæus, Martinus Rumelinus (cujus opus Joh. Jac. Speidelius & Nicol. Mylerus ab Ehrenbach additionibus locupletârunt) Georg. Theodorus Ditrich, Johannes Limnæus, Jacobus Andr. Crusius (cujus notæ reperiuntur *inter ejusdem opuscula histor. polit. jurid.*) Joh. Volk. Bechman Antecessor Jenensis clariss. & nuperrimè Dn. Joh. Schilterus *dicto tomo 2 jur. publ. Tit. 19.* qui singuli omnia Aureæ Bullæ capita suis commentationibus absolverunt. Aureæ hujus Bullæ *epitomen methodicam* quoque concinnavit Celeb. JC. Joh. Otto Tabor, quæ typis commissa est.

24. Allegantur alia etiam quædam hinc & inde scripta ad A. B, inter quæ est philyra A. Bullæ Georgii Lehmanni allegata ab Additionatore Rumelini, Petri Ostermanni A. B. epitome, adduct. à Mylero ad Rümel. & Celeb. D. Sam. Rachelio *introduct. in jus publ. Germ. c. 9* Hieronymi Caninii discursus ad A. Bullam.

CAP. VIII.

Cap. VIII.

Exhibet accuratissimam descriptionem Aureæ Bullæ originalis, quod Francofurti ad Mœnum asservatur.

1. NUnc accuratam Originalis Francofurtensis A. Bullæ dabimus descriptionem, ne quorundam curiositas hîc quid desiderare queat.

2. Autographum itaque illud latinum quod in Francofurtensi Curia (quam Germanicè **Römer** dicunt) ab Amplissimi Senatus Secretario cuilibet curioso homini inspectionem desideranti ostenditur, ibidem in Reipubl. archivo & quidem lignea cistula, quæ non est majoris ambitus, quàm ut Latinum & Germanicum Aureæ Bullæ exemplaria capere possit, providè asservatur.

3. Post diversam & quidem diligentissimam perlustrationem ita illud inveni. Latino idiomate literis monachalibus (**münch-schrifften**) est exaratum, & constat ex tribus & quadraginta foliis pergameni (quorum ultimum seu quadragesimum tertium glutine compactum est involucro membranaceo satis grosso & deformi) elenchum generalem capitum (α) (titulis hîc A.B. liber (β) authenticus distinctus non est, secus ac multi celebres Publicistæ quibusdam editionibus seducti opinantur) paginâ secundâ & tertiâ, rubricam autem ante quodvis caput exhibens.

(α) licet in hoc Francofurtano A. Bullæ originali quoad rubricas capitibus præmissas quinque & viginti numerentur capita, attamen paginâ secundâ & tertiâ XXI saltem capitum syllabum videre licet. *vid. infra pag. post A. Bullæ copiam epistola mea ad Lectorem.*

(β) *librum* appellamus imitando ipsum Carolum 4 Imp. qui *cap.* 1 §. *qualiter autem in fin.* appellat *librum* verbis: *ad finem* præsentis libri *conscriptum invenitur clarius & expressum.*

4. Sigillum seu Bulla (quæ ex filis sericis flavi & nigri (*) coloris infra per folia omnia tractis dependet) rotunda ac intus cerâ repleta, ex puro est auro, non autem inaurata (hinc malè à Gallis quibusdam dicitur *la Bulle dorée*, cùm potius appellanda *la Bulle d'or*) crassitie duplicem Joachimicum thalerum æquans. Uno latere refert ipsius Caroli 4 Imp. effigiem in majestate sedentis seu Imperatorio amictu ac ornatu conspicui, coronam Imperialem capite gestantis, dextrâ sceptrum, sinistrâ pomum cum infixa cruce tenentis, cui ex eodem latere dextro figura aquilæ simplicis (*non bicipitis*, de qua re adeò sollicitus est Limnæus *obs. 2 prælim. A. B. n. 11*) ex altero leonis cum cauda bifurcata adposita est. In circumferentia autem leguntur hæc verba characteribus istius ævi majusculis *KAROLVS QVARTVS DIVINA FAVENTE CLEMENCIA ROMANORVM IMPERATOR SEMPER AVGVSTVS ET BOEMIE REX.*

REX. Altero ſigilli latere exhibetur caſtrum magnum (quod alii Capitolium, alii Romam deſignare putant) cum tribus turribus, quæ habent in medio portam apertam, cum literis ſequenti poſitione in fine ſculptis


A U R
E A R
O M A

in margine verò hic legitur verſus:

ROMA CAPUT MUNDI REGIT ORBIS FRENA ROTUNDI.

(*) memoriæ lapſum committit Theod. Hôppingius qui *Cap.3 de jur. ſigill. n.* 44 ſcribit ſe anno *1639* d. 11 Junii bullam auream in curia Francofurtenſi vidiſſe ex filis ſericis flavis pendentem, nam nigra omittit.

5. Ut autem cuilibet ad oculum pateat figura hujus Bullæ, ideò eam per pictorem eleganter & accuratè depictam æri incidi & hîc adponi curavi. Notandum autem, hoc ectypon quoad magnitudinem & characteres, quin etiam minutiſſima, convenire cum archetypo.



6. Folio primo hujus authentici agglutinato operculo membranaceo ſequentes ab eodem, qui omnia ſubſequentia capita ſcripſit, literis monachalibus inſcripti leguntur verſus:

OMmnipotens eterne Deus ſpes unica mundi
Qui celi fabricator ades qui conditor orbis
Tu populi memor eſto tui ſic mitis ab alto
Proſpice ne greſſum faciat ubi regnat erinis

Imperat

Imperat allecto leges dictante megera
Sed pocius virtute tui quem diligis hujus
Cesaris insignis Karoli Deus alme ministra
Ut valeat ductore pio per amena uirecta
Florentum semper nemorum sedesque beatas
Ad latices intrare pios ubi semina vite
Divinis animantur aquis & fonte superno
Letificata seges spinis mundatur ademptis
Ut messis queat esse Dei mercisque future
Maxima centenum cumulare per horrea fructum.

7. In integro hoc Aureæ Bullæ originali non reperitur aliqua diphthongus *æ* vel *œ*. Hinc videbis me eandem orthographiam in Copia ſubjuncta retinuiſſe.

8. Quantumvis in editione Colonienſi, teſte Goldaſto *d. rational. A. B. p.* 103, poſt verba totius Bullæ ultima: *in linguagiis ipſis valeant erudiri*, hæc clauſula inveniatur: *Expliciunt Leges & Conſtitutiones Imperiales ſub Aurea Bulla Caroli Quarti Romanorum Imperatoris*, attamen nihil talismodi verborum aut aliquid aliud in originalibus Francofurtano & Electorali Palatino invenitur.

9. Originale quoque aureæ Bullæ anno 1379 vidit Pileus Cardinalis tit. S. Praxedis Urbani VI Papæ in Germaniam Legatus, idque, teſte Marq. Frehero *ad Petr. ab Andlo lib. 2 cap. 5* ita deſcripſit: *Prædictus liber* (Aureæ ſcil. Bullæ) *ſcriptus in pergameno in 24 foliis cum coopertura groſſa. In quo erant ſcripta diverſa negotia ſacrum Imperium & Electores ejusdem tangentia. Qui quidem liber transfixus erat cum filis ſericis glauci & rubei coloris involutis cum bulla ſeu ſigillo aureo rotundo Imperiali appendente. In cujus uno latere apparebat figura Imperialis in majeſtate ſedens, cum corona Imperiali in capite, habens in manu dextra ſceptrum & in ſiniſtra pomum cum cruce deſuper, modo Imperiali, & à latere dextro clypeum cum aquila, & ſiniſtro clypeum cum forma leonis. In circumferentia verò legebantur hæc verba: Carolus Quartus divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Bohemie Rex. Ab altero verò latere caſtrum magnum cum duabus turribus habens portam inferius in medio, cum literis AUREA ROMA. In circumferentia verò legebantur hæc verba: Roma caput mundi regit orbis frena rotundi.*

10. Autumant quidem quamplurimi Celebres Viri Pileum iſtis verbis deſcripſiſſe exemplar Aureæ Bullæ Francofurtenſe. Sed id illum non reſpexiſſe inde conjicio, quia ſcribit oculis à ſe uſurpatum librum habuiſſe *quatuor & viginti folia*, & ſigillum aureum pependiſſe ex *filis rubei & glauci coloris.*

loris. Jam autem de Francofurtensi originali audivimus, quod ex tribus & quadraginta foliis constet, & fila habeat nigra & flava.

11. Celeberrimus D. Conringius *in libro de orig. jur. Germ. cap.* 27 opinatur mendum committere Pileum in numerali nota filorum, & ita ejus relationem cum nostris traditis conciliare nititur, dicendo: fila ista olim rubea ob vetustatem jam nigricare.

12. Sed pace manium tanti Viri dicere liceat: nobis contrarium verius videri, quippe cùm ex dicto instrumento (quod *cap. præced. n.* 9 allegavimus) perspexerimus illos Deputatos nigra & flava fila vetustate attrita invenisse, eorumque loco alia ejusdem coloris aureæ bullæ applicâsse.

13. Suspicati sumus aliquando, Pileum vidisse Palatinum autographum, & ad illud digitum suâ delineatione intendere, nam id continet 24 folia pergameni. Sed quia fila non conveniunt, hanc conjecturam mittimus.

14. Si tamen Pileus Francofurtense intellexit, σφάλμα μνημόνικον commisit, quod in talismodi observationibus non infrequens esse experientia testatur.

Cap. IX.

De Versionibus & Editionibus Aureæ Bullæ Germanicis.

1. VAria inveniuntnr Aureæ Bullæ exemplaria Germanico idiomate conscripta. Nullum autem illorum jussu Cæsaris in vernaculam nostram ex Latino versum est. Si exceperis illud, quod in Germanicam linguam translatum ac omnium primum & authenticum esse, & adhuc in bibliotheca Cæsarea reperiri narrat Vir Celeb. D. Petrus Lambecius Consiliarius & Bibliothecarius quondam Cæsareus *in catalogo librorum à se editorum p.* 56.

2. Quoniam verò hæc versio lucem hactenus nondum adspexit, magno beneficio rempublicam literariam mactat meritissimus Lambecii successor Nobiliss. & Excellentiss. D. *Daniel de Nessel*, dum benevolè permittit, ut Ego impræsentiarum ejus Copiam edam.

3. Asservatur quoque Francofurti in eadem cistula, quâ Latinus codex, Germanicum aureæ Bullæ exemplar, cum involucro ex rubra membrana, literis monachalibus minoribus in quarto triginta & quinque membranaceis inscriptum foliis, sed illud nullo sigillo roboratum est, nec unquam munitum fuit. In folio trigesimo sexto seu ultimo post totum contextum Germanicum leguntur isti versiculi *Omnipotens eterne Deus &c.* præcedenti cap. n. 6. adducti, quod tamen in Latino exemplari secus est, nam ibi in frontispicio ante indicem capitum & eorum tenorem illos invenimus.

4. Hoc Germanicum exemplar est in capita triginta distinctum, quorum quodlibet suam rubricam Germanicam habet.

5. In

5. In Capitis undecimi calce paragraphus iste **solch gesetz und recht ums etliches zweiffels** &c. quem in editionibus Moguntinis legimus, non reperitur.

6. Caput vigesimum quartum in editionibus Moguntinis non habet rubricam; hoc Francofurtanum autem exhibet hanc: **das XXIIII Cap. von den uffsetzigen weddir der Kurfürstin lip und lebin und der Uffsetzigen unse und iren nachkommen und allir der dy in zugehörint.**

7. Unde autem illud MStum acceperit Ampliss. Senatus Francofurtensis? licet non constet, tamen ex genio linguæ & orthographia conjicio, non diu post tempora Caroli 4 Imp. è Latino translatum fuisse. Excell. D. Rachelius non abludit à mea opinione, quando *cap. 9 introd. in jus publ. p. m. 42* scribit: illud post Latinum originale annis 30 vel 40 translatum & confectum esse. Accuratissimam hujus MSti Germanici copiam nunc evulgo.

8. Ab anni 1689 die 6 Novembr. custoditur quoque in eodem archivo Francofurtano exemplar Aureæ Bullæ germanicum nitidè 31 foliis membranaceis inscriptum. Rubricæ Capitum & horum literæ initiales minio splendenti versus autem illi:

Omnipotens eterne Deus &c. &c.

ibi non exstant. Magnifico Senatui MStum hoc dono dedit Vir Nobiliss. *Martinus VValdsmidius* Med. Cand. & Bibliothecarius meritissimus, Fautor noster honorandus.

9. Diversæ extant Aureæ Bullæ in Germanicam linguam translationes typis impressæ. Primum exemplar Germanicum excusum fuit Venetiis anno 1476 jussu Friderici III Imp. à Johanne Jenson, quod eodem anno repetiit Joh. Bæmler Augustæ Vindelicorum. Hoc quoque descripsit & edidit 1607 Goldastus *in tom. Const. Imp. pag. 121.* Aliud prodiit Argentinæ 1485 apud Joh. Preussen. Aliud Spiræ 1527 à Petro Trachen editum est. Aliud Moguntiæ 1562 à Francisco Böhem. Aliud à Goldasto *part. 2.* **der Reichssatzungen** *pag. 47 seqq.* editum. Aliud Francofurti anno 1614 inter civitatis privilegia. Moguntiæ tres editiones evulgatæ Codicibus Recessuum Imperii ibi 1599, 1615 & 1660 excusis insertæ sunt. Nuperrimè quoque Celeberr. D. Schilterus textum A. B. Teutonicum ex MSto Codice optimæ notæ, quem olim Fridericus Hortlederus possedit, edidit *dict. Tit. 19 tomi 2. jur. publ.*

10. Alias (inter quas est quæ anno 1619 Erffurti apud Hæredes Joachimi Mechlers in quarto prodiit) taceo editiones, & nihil aliud addo, quàm neutrum ex istis editis exemplaribus cum Latino authentico convenire, aut consensu Imperatoris alicujus translatum aut postea ab eo confirmatum esse. Hinc facilè judicatu quod nullam vim probandi habeat mutila & indocta

talismodi versio. Malè ergò faciunt Viri, cæteroquin docti & juris publici periti, qui, neglecto Latino A. Bullæ textu robur Imperiale habente, Germanicum, ab illo tamen adeò deflectentem, allegant.

Cap. X.

Continet Florum Sparsiones & Additiones ad præcedentia Capita.

1. AD *cap. 1 n. 6* Ad rem faciunt Luithprandi lib. 6 de reb. per Europ. gest. c. 3 verba: *Obtuli* (scil. Imperatori Constantinopolitano) *autem loricas optimas 9 scuta optima* cum bullis deauratis, VII *cuppas argenteas, deauratas duas, enses, lanceas, mancipia, quatuor carsamatia. Carsamatium autem Græci vocant amputatis virilibus & virga puerum eunuchum, quos Verdunenses mercatores ob immensum lucrum facere solent, & in Hispaniam ducere.*

2. *Ad cap. 2 num. 12.* Diploma Imperatoris Ferdinandi 2, quo anno 1620 Robertum Dudlæum creat Ducem Northumbriæ, aureâ firmatum fuit bullâ. Idem Imperator literas investituræ Electoratus Maximiliano Bavaro anno 1623 datas aureâ bullâ roboravit. Legi quoque ejusdem Cæsaris varia diplomata, quibus titulum Ducis, Principis & Comitis contulit, quæ omnia aureâ munita fuerunt bullâ.

3. *Ad cap. 2 num. 13.* Duo ista integra diplomata heic cum curioso lectore communico, & ita habent

FERDINANDUS III Divina favente Clementiâ, Electus Romanorum IMPERATOR, semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. REX &c. &c. Agnoscimus & notum facimus, tenore præsentium universis, postquam Dei Præpotentis concessu & munere ad Supremum Majestatis Imperialis fastigium evecti sumus, officii nostri munus cumprimis requirere existimamus. Majorum Nostrorum Imperatorum Romanorum ac Regum (qui inter alias supremæ potestatis curas, hanc præcipuè dignitate sua dignam existimârunt, ut varia in Sacro Romano Imperio Gymnasia, Academias & universalia studia instituerent, fundarent & confirmarent) exemplo sollicitè curare, ut liberalium artium ac scientiarum studia, quæ ad Reip. gubernationem & conservationem necessaria & opportuna sint, excolantur & convenientibus honoribus ac præmiis excitentur, nostroque auspicio felicia incrementa consequantur. Cum igitur Serenissimus FRIDERICUS Hæres Norwegiæ, Dux Schleswitiæ, Holsatiæ, Stormariæ & Dietmarsiæ Comes Oldenburgensis & Delmenhorstensis, Consanguineus & Princeps Noster Clarissimus, humiliter nobis expo-

exposuerit, sibi jam pridem in eam curam incumbenti, quâ ratione fideles suos subditos, quorum salutem à triginta & ampliùs annis supremam legem statuerit, singulari quodam beneficio afficeret, cujus fructus non unius esset ævi, neque in præsentes tantùm redundaret, sed ætatem ferre & in posteros derivari posset, occurrisse animo, nihil æquè ad solidam imperantium & parentium felicitatem conducere, quàm si cogitationes eò convertantur, ut juventus, præsertim in maturiorem adolescens ætatem, postquam prima studiorum tyrocinia in scholis inferioribus feliciter deposuerit, celsioribus disciplinis mancipetur ac optimis quibuscunque artibus imbuatur, & sub oculis ac in conspectu quasi parentum in eos mores formetur, qui Deo grati, Reip. utiles esse possint: sed cum inter cætera, quibus hæc acquiratur felicitas, primum sibi locum vendicent sublimiores scholæ, tanquam officinæ necessariæ, quæ prodeuntes ex ludis literariis adolescentes excipiant, ad studia reconditiora & superiores disciplinas manu quasi ducant, tandem probè excultos, ad capessendæ Reip. munia tanquam ex penu depromant; ac demisè Nos proinde dictus Serenissimus Dux rogârit, cum penè solus inter omnes Imperii Principes tali aliquo utilissimo seminario destitutus sit, quatenus sibi potestatem concedere clementer dignaremur, ut in Ducatus sui Holsatiæ, & territorii Sacro Romano Imperio subjecti, commodo quodam loco tale sublimius Gymnasium, sive Academiam erigere possitquæ quoad privilegia & im̃unitates cum aliis per Germaniã, Italiam & Gallias privilegiatis studiis (salvâ tamen semper Nostrâ authoritate, salvâ itidem dicti Ducis supplicantis, & Successorum suorum supremâ jurisdictione) æquo jure censeatur, in qua erigenda Academia singularum facultatum Professores potestatem habeant, prævio & rigoroso examine, Doctorum, Licentiatorum, Magistrorum & Baccalaureorum titulos dignis & bene meritis elargiendi, qui quidem per eos promoti, singulis gratiis, favoribus & Privilegiis, prout in aliis Universitatibus ejusmodi gradibus insigniti utuntur, fruantur & gaudeant: Præterea Doctores & Scholares, in erigenda Academia, cum consensu sæpe fati Ducis, & Successorum suorum statuta condere, ordinationes facere, nec non Prorectorem & Procancellarium (manente penes Ducem, uti Fundatorem & Successores suos dignitate Rectoris & Cancellarii,) aliosque Officiales Universitatis creare possint & valeant. Ut insuper in eadem Universitate Rectoratus munere functurus, Comitivâ Palatinâ exornetur, sibique Duci supplicanti venia concedatur, conferendi arma & insignia, singulis in Academia constituendis facultatibus.

Nos pro singulari & benigna Nostra, quam erga Serenissimum Holsatiæ Ducem gerimus, affectione, ejusdem precibus in hunc, qui sequitur modum benignè annuendum duxerimus, prout hisce clementer annuimus, ac

Dilectioni suæ potestatem erigendi in Ducatus Holsatiæ Nobis & Sacro Romano Imperio subjecti territorio sublimius Gymnasium, sive Academiam ac studium Universale omnium liberalium artium ac scientiarum in quovis Gymnasio, Universitate, sive Academia per universas nostras, & Sacri Romani Imperii ditiones publicè proponi, ac doceri solitarum clementer concesserimus, prout hisce animo deliberato ac maturo desuper habito consilio, ex certa scientia, facultatem & potestatem præfatam concedimus & elargimur, ita videlicet, ut id Gymnasium sive Academia, ac studiorum Universitas, per dictum Serenissimum Ducem aliquo Ducatus sui Holsatiæ, sed tali loco (ne per hanc erectionem vicinis Universitatibus præjudicetur) erigi ac fundari possit, & valeat, & quandocunque erectum fuerit, cum omnibus in ea comprehensis Professoribus, Doctoribus, Scholaribus, adeoque universa pube literis ibidem operam navante, aliisq; ad eam pertinentibus personis æquo jure censeatur, pari dignitate æstimetur, omnibusque immunitatibus, privilegiis, libertatibus, honoribus, franchisiis, sicut aliæ per Germaniam Universitates, earumque membra, utatur, fruatur, potiatur & gaudeat: Volentes, & eadem authoritate nostrâ Cæsareâ decernentes, quod Professores & Personæ idoneæ per memoratum Principem, illiusve ad hoc delegatos deputandæ possint, & valeant in prædicta Universitate, seu studio Universali, profiteri, & lectiones disputationesque publicas facere, conclusiones palàm discutiendas proponere, interpretari, glossare & dilucidare, omnesque actus Scholasticos exercere, eo modo, ritu & ordine, qui in cæteris Universitatibus observari solet.

Porrò cum ipsa studia eò feliciori gradu procedant, & majus sumant incrementum, si ingeniis & disciplinis ipsis suus honos seu dignitatis gradus statuatur, ut emeriti aliquando digna laborum suorum præmia consequantur, statuimus & ordinamus, ut per Collegia Doctorum seu Professorum, electis ad id idoneis, & præ cæteris excellentioribus, si quid ad sumendam palmam certaminis sui idonei judicati fuerint, adhibitis prius per ipsos Doctores & Professores, pro more & consuetudine solennitatibus, & ritu in cæteris Universitatibus observari solitis, rigoroso & diligenti examine (in quo conscientias ipsorum Professorum onerare volumus) eos, qui se examini submiserint, atque pro more, & juxta statuta Scholarchis per aliquos dignos & honestos viros præsentari se fecerint, possint ad ipsum examen admitti, & invocatâ Spiritus S. gratiâ examinari, & si hoc modo habiles, idonei & sufficientes reperti atque judicati fuerint, Baccalaurei, aut Magistri, vel Licentiati, vel Doctores, pro uniuscujusque scientia & doctrina creari, & hujusmodi dignitatibus insigniri, nec non per bireti impositionem, & annuli, ac osculi traditionem, cæterisque consuetis solennitatibus investiri, & solida orna-

menta

menta atque insignia dignitatum prædictarum eis tradi & conferri; Quodque Baccalaurei aut Magistri, vel Licentiati, vel Doctores in eadem Academia promoti, & promovendi debeant & possint in omnibus locis & terris Sacri Romani Imperii, & ubique terrarum & locorum liberè omnes actus Professorum legendi, docendi, interpretandi & glossandi facere & exercere, quos cæteri Professores, Baccalaurei, Magistri, Licentiati & Doctores in aliis studiis privilegiatis promoti & insigniti exercent & exercere possunt & debent de jure vel consuetudine.

Præterea recipimus eandem Universitatem à sæpe nominato Serenissimo Duce, in Ducatu suo Holsatiæ, ut supra, erigendam, in nostram & Successorum Nostrorum Romanorum Imperatorum & Regum, singularem protectionem, salvam guardiam & patrocinium, volumusque & decernimus per præsentes, quod Scholastici dignitatem, seu gradum aliquem in dicta Universitate assumpturi gaudeant & potiantur, uti, frui, gaudere & potiri possint, & debeant omnibus, & quibuscunque gratiis, honoribus, dignitatibus, præeminentiis, immunitatib⁹, privilegiis, franchisiis, concessionibus, favoribus & indultis, ac aliis quibuslibet, quibus Universitas Heidelbergensis, Tübingensis, Coloniensis, Ingolstadiensis, Friburgensis, Rostochiensis, Julia-Helmstadiensis, Argentoratensis, ac alia studia privilegiata, ac Doctores, Licentiati, Magistri, Baccalaurei & Scholastici in supradictarum facultatum unâ, vel altera isthic promoti, aut aliqua dignitate, seu gradu insigniti gaudent, utuntur, fruuntur & potiuntur, quomodolibet consuetudine, vel de jure, non obstantibus aliquibus privilegiis, indultis, prærogativis, gratiis, statutis, ordinationibus, legibus, constitutionibus, reformationibus, exemtionibus, aut aliis quibuscunque in contrarium facientibus, quibus omnibus & singulis ex certa nostra scientia animo deliberato, & motu proprio per Diploma Nostrum derogamus, & derogatum esse volumus, dummodo tamen nihil scandalosum vel bonis moribus contrarium, aut Sacri Romani Imperii Constitutionibus adversum, sive Professores, sive Studiosi ibidem doceant vel scribant, aut doceri, scribi in lectionibus aut disputationibus publicis proponi aut scripto vel libris, sive clàm sive palàm vulgari permittant.

Concedimus insuper & elargimur benignam facultatem ac potestatem, ut Doctores & Scholares in erigenda Universitate existentes, ad exemplum reliquarum Academiarum prævio tamen consensu sæpefati FRIDERICI Ducis Holsatiæ, ejusque Successorum statuta concedere, ordinationes facere, nec non Prorectorem, ac Procancellarium (quippe à libero Ducis, uti Fundatoris, ejusque Successorum arbitrio, & beneplacito dependere volumus, ut sibi ipsismet dignitatem Rectoris & Cancellarii reservent, aut si & quoties voluerint, Universitati liberam & aliis Universitatibus consuetam

 eligendi

eligendi Rectores & Cancellarios facultatem elargiantur) nec non alios Officiales pro libitu, & exigentia creare & facere possint & valeant.

Ut meſſis queat eſſe Dei mercisque future
Maxima centenum cumulare per horrea fructum.

(SYLLABUS CAPITUM AUREÆ BULLÆ)



In nomine Sancte & individue Trinitatis feliciter, Amen.

KAROLUS QUARTUS divina favente clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Boemie Rex ad perpetuam rei memoriam. Omne Regnum in ſe diviſum deſolabitur: Nam Principes ejus facti ſunt ſocii furum. Ob quod Dominus miſcuit in medio eorum ſpiritum vertiginis, ut palpent in meridie, ſicut in tenebris, & candelabra eorum movit de loco ſuo, ut ceci ſint & duces cecorum. Et qui ambulant in tenebris, offendunt; & ceci mente ſcelera perpetrant, que in diviſione contingunt. Dic Superbia, quomodo in Lucifero regnaſſes, ſi diviſionem auxiliatricem non habuiſſes? Dic Sathan invide, quomodo Adam de Paradiſo ejeciſſes, niſi eum ab obedientia diviſiſſes? Dic Luxuria, quomodo Trojam deſtruxiſſes, niſi Helenam à viro ſuo diviſiſſes? Dic Ira, quomodo Romanam Rempublicam deſtruxiſſes, niſi in diviſione Pompejum & Julium ſevientibus gladiis ad inteſtina prelia concitaſſes? Tu quidem Invidia Xpianum Imperium, à Deo ad inſtar ſancte & individue Trinitatis, fide, ſpe & caritate, virtutibus Theologicis, roboratum, cujus fundamentum ſuper Xpianiſſimo regno feliciter ſtabilitur, antiquo veneno, velut ſerpens in palmites Imperiales, & membra ejus propinquiora, impio ſcelere vomuiſti, ut concuſſis columpnis totum edificium ruine ſubjiceres, diviſionem inter ſeptem Electores ſacri Imperii, per quos velut ſeptem candelabra lucentia in unitate Spiritus ſeptiformis, ſacrum illuminari debet Imperium, multotiens poſuiſti. Sane cum ex officio, quo Ceſarea dignitate potimur, futuris diviſionum periculis, inter Electores ipſos, de quorum numero ut Rex Boemie eſſe dinoſcimur, ratione duplici, tam ex Imperio, quam Electionis jure, quo fungimur, occurrere teneamur: Infra ſcriptas Leges, ad unitatem inter Electores fovendam, electionem unanimem inducendam, ac deteſtande diviſioni predicte, variiſque periculis ex ea ſequentibus, aditum precludendum. In ſolempni Curia noſtra Nurembergeñ aſſedentibus nobis omnibus Principibus Electoribus, eccleſiaſticis & ſecularibus, ac aliorum Principum, Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium, &

Civitatum multitudine numerosa, in solio Majestatis Cesaree Imperialibus Insulis, insigniis, & diademate decorati, matura deliberatione previa, de Imperialis potestatis plenitudine edidimus, statuimus, & duximus sanciendas, sub Anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto, Indiccione nona, quarto Idus Januar. Regnorum nostrorum anno decimo, Imperii vero primo.

Qualis esse debeat Conductus Electorum, & à quibus. I.

Decernimus, & presenti Edicto Imperiali perpetuo valituro sancimus, ex certa scientia, & de Imperialis potestatis plenitudine, ut quotienscunque & quandocunque futuris temporibus necessitas sive casus Electionis Regis Romañ in Imperatorem promovendi emerserit, & Principes Electores ad Electionem hujus, juxta antiquam laudabilem consuetudinem, habuerunt proficisci, unusquisque Princeps Elector, si & quando super hoc fuit requisitus, quoslibet Principes coëlectores suos, vel ipsorum Nuncios, quos ad Electionem ipsam transmiserint, per terras, territoria & loca sua & etiam ultra, sicut longius poterit, conducere teneatur, & eis absque dolo prestare conductum, versus Civitatem, in qua talis Electio fuerit celebranda, & ab illa etiam redeundo, sub pena perjurii, ac perdicionis, pro illa dumtaxat vice, sue vocis, quam in Electione hujusmodi fuerat habiturus. Quas quidem penas eos, vel eum, qui in prestando memorato conductu rebelles, seu rebellem, negligentes vel negligentem se prebuerint, eo ipso decernimus incidisse.

Statuimus insuper & mandamus universis aliis Principibus, Feuda a sacro Imperio Romano tenentibus, quocunque nomine censeantur, nec non Comitibus, Baronibus, Militibus, Clientibus, Nobilibus & Ignobilibus, Civibus & Communitatibus Castrorum, Cvitatum & Locorum sacri Imperii universis, ut eodem tempore, dum videlicet Regis Romañ in Imperatorem promovendi Electio celebranda occurrerit, unumquemque Principem Electorem, ac ipsis vel eorum aliquo conductum hujusmodi postulantem, vel ejusdem Nuncios, quos ad Electionem ipsam direxerit, ut prefertur, per territoria sua & alias, quanto possint remocius, absque dolo, modo predicto conducant.

Si qui vero huic nostre Constitutioni contraire presumpserint, subscriptas ipso facto penas incurrant. Omnes quidem Principes & Comites, Barones, Nobiles, Milites, & Clientes & universi Nobiles contrarium facientes, reatum perjurii & privationem omnium feudorum, que a sacro Rom. Imp. & a quibuscunque aliis obtinent, & etiam omnium possessionum

suarum

ſuarum a quocumque habitarum, incurrant. Omnes quoque Cives & Communitates, contra premiſſa facere preſumentes, ſimiliter ſint perjuri, & nihilominus univerſis ſuis juribus, libertatibus, privilegiis, gratiis, a ſacro obtentis Imperio, ſint omnino privati, & cum perſonis ac bonis ſuis omnibus bannum & proſcriptionem Imperialem incurrant. Et eoſdem quos ipſo facto ex nunc, prout ex tunc, omni jure privamus, deinceps cuilibet hominum authoritate propria, & ſine judicio ſeu invocacione magiſtratus cujuslibet impune licebit invadere, nullamque penam propter hoc invadens ipſos debebit ab imperio, aut quovis alio formidare, preſertim, cum contra Rempublicam & ſacri ſtatutum ac dignitatem Imperii ac etiam contra honorem proprium & ſalutem, tante rei temerarii neglectores, tanquam rebelles, inobedientes & perfidi, infideliter & perverſe agere convincantur.

Decernentes inſuper & mandantes, ut omnium Civitatum Cives & Communia, jam dictis Principibus Electoribus & eorum cuilibet hoc poſcenti, eorumque Nunciis, victualia in communi precio atque curſu, pro ſuis, ſeu Nunciorum predictorum hominumq; ſuorum neceſſitatibus, dum ad predictam Civitatem cauſa celebrande Electionis predicte acceſſerint, ac etiam dum diſceſſerint ab eadem, vendere ſeu vendi facere teneantur, nullam in premiſſis fraudem quomodolibet adhibendo. Alioquin contrarium facientes penas illas volumus ipſo facto incurrere, quas in precedentibus contra Cives & Communitates duximus promulgandas. Quiſquis inſuper ex Principibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Civibus, ſeu Communitatibus Civitatum, Principi Electori ad electionem de Rege Romañ celebrandam eunti, vel ab ipſa denuo redeunti, hoſtiles cuſtodias tendere ſeu inſidias parare preſumpſerit, aut ipſos, vel eorum aliquem, in ſua, vel ſuorum perſonis aut rebus invadere vel turbare, ſeu ipſorum, vel alicujus eorum Nuncios antedictos ſive conductum pecierint ſive etiam non duxerint exigendum, hunc una cum univerſis malitie ſue complicibus, ipſo facto ſupradictas penas decernimus incurriſſe, ita videlicet, quod quevis Perſona penam incidat, ſive penas, quas juxta premiſſa, pro qualitate perſonarum, duximus infligendas.

Si vero aliquis Princeps Elector cum aliquo ſuo Coëlectore inimicitias gereret, & inter eos quecunque contencio, controverſia ſeu diſſenſio verteretur, hys nequaquam obſtantibus, alter alterum, vel alterius Nuncios, ad Electionem hujusmodi deſtinandos premiſſo modo conducere ſit aſtrictus ſub pena perjurii ac perdicionis, ea vice dumtaxat, ſue vocis in electione, ut ſuperius eſt expreſſum.

Si qui vero alii Principes, Comites, Barones, Milites, Clientes, Nobiles vel Ignobiles, Cives, vel communia Civitatum, cum aliquo Principe Ele-

 ctore,

ctore, vel pluribus ex eisdem, adversam gererent voluntatem, seu quevis discordia inter ipsos adinvicem, vel guerra sive dissensio verteretur, nihilominus omni contradictione & dolo cessantibus, Principi Electori, vel Principibus, seu ejus vel ipsorum Nunciis ad Electionem hujusmodi destinandis, & redeuntibus ab eadem, talem debeant prestare conductum, prout singuli penas jam dictas, per nos videlicet in se latas, voluerint evitare: quas eos, qui secus fecerint, incurrisse decernimus eo ipso. Ad premissorum autem omnium firmitatem & certitudinem ampliorem jubemus & volumus, ut universi Principes Electores, & ceteri Principes nec non Comites, Barones, Nobiles, Civitates, premissa omnia literis & juramentis suis firmare & ad ea bona fide ac sine dolo implenda efficaciter se debeant obligare. Quicunque vero literas hujusmodi dare renuerit, penas illas ipso facto incidat, quas pro personarum condicione, per premissa, singulis duximus infligendas.

Si quis autem Princeps Elector, aliusve Princeps, cujuscunque conditionis aut status, feudum vel feuda à sacro tenens Imperio, aut Comes, Baro, vel Nobilis, seu successores talium, vel heredes, supra & infra scriptas Imperiales nostras constitutiones & Leges adimplere noluerit, aut eis contraire presumpserit, siquidem talis Princeps Elector extiterit, ex tunc ceteri sui Coëlectores a suo ipsum deinceps excludant consortio, ipseque voce Electionis & aliorum Principum Electorum loco, dignitate careat atque jure, nec investiatur de feudis, que a sacro Imperio nisus fuerit obtinere. Alius vero Princeps, aut vir nobilis, ut prefertur, in has nostras leges committens, similiter non investiatur de feudis que a Sacro Imperio, vel alias obtinet a quocunque, & nihilominus omnes penas premissas, suam concernentes personam, incidat eo ipso.

Quamvis autem universos Principes, Comites, Barones, Nobiles, Milites, Clientes, Civitates quoque & Communitates illarum ad prestandum cuilibet Principi Electori vel ejus Nunciis prefatum conductum, ut predicitur, indistincte velimus & decreverimus obligari: Nihilominus eorum cuilibet singulares conductus & conductores, pro regionum & locorum adjacentia cuilibet magis aptos, duximus designandos, ut statim per sequentia plenius apparebit.

Primo namque Regem Boemie, Sacri Imperii Archipincernam, conducent Archiepiscopus Maguntineñ, Bambergeñ & Herbipoleñ Episcopi: Burggravii Nurembergeñ: Item illi de Hohenloeh, de Wertheim, de Brunecke & de Hanow. Item Civitates Nurembergeñ, Rotemburg & Windeshejm.

Deinde Archiepiscopum Colonieñ Sacri Imperii per Italiam Archicancellarium conducent & conducere tenebuntur Maguntineñ & Trevereñ

Ar-

Archiepi: Comes Palatinus Reni, Lantgravius Hassie: Item de Katzenellebogen, de Nassaw, de Dietz, Comites; Item de Isemburg, de Westirburg, de Runkel, de Limburg & Falkenstein: Item Civitates Wetflaria, Geylnhusen & Frideberg.

Item Archiepm Trevereñ, sacri Imperii per Galliam & Regnum Arelateñ Archicancell. conducent Archieps Maguntineñ, Comes Palatinus Reni: Item de Spanhejm, de Veldentz Comites: Item Ruhgraffen, Wildegraffen, de Nassow, de Ysenburg, de Westirburg, de Runckel, de Limburg, de Dietz, de Katzenelbogen, de Eppenstein, de Falkenstein, item Civitas Maguntiñ.

Deinde Comitem Palatinum Reni, Sacri Imperii Archidapiferum, conducere debebit Archiepiscopus Maguntineñ.

Ducem vero Saxonie, Archimarescallum Sacri Imperii, tenebitur conducere Rex Boemie, Maguntineñ & Magdeburgeñ Archiepiscopi: Item Bambergeñ & Herbipoleñ Episcopi, Marchio Misneñ, Lantgravius Hassie; Item Fuldeñ & Hersfeldeñ Abbates; Burggravii Nurembergeñ. Item illi de Hohenloeh, de Wertheim, de Branecke, de Hanow, de Falckenstein. Item Civitates Erfordia, Molhusen, Nuremberg, Rotemburg & Windesheim: Et hy omnes proxime nominati Marchionem Brandenburgeñ, sacri Imperii Archicamerarium, similiter conducere tenebuntur.

Volumus autem & expresse statuimus, ut unusquisque Princeps Elector, qui talem voluerit habere conductum, hys à quibus ipsum postulare decreverit, hoc ipsum adeo tempestive, viamque, qua fuerit transiturus, insinuet, & talem conductum exposcat, ut illi qui ad conductum hujusmodi impendendum deputati, & taliter fuerint requisiti, ad hoc oportune se valeant & comode preparare.

Premissas vero Constitutiones, circa materiam conductus editas, ita sane debere declaramus intelligi, ut unusquisque superius nominatus, vel forsitan non expressus, a quo in casu premisso conductum requiri contigerit, ad prestandum ipsum, per suas dumtaxat terras & territoria, ac etiam ultra, quanto potest remotius, absque dolo, sub penis contentis superius, sit astrictus.

Preterea statuimus & etiam ordinamus, ut Archiepiscopus Maguntiñ, qui fuerit pro tempore, singulis Principibus Coëlectoribus suis, Ecclesiasticis & Secularibus, electionem eandem per suos Nuncios patentibus debeat literis intimare. In quibus quidem literis talis dies & terminus exprimatur, infra quem eedem litere ad singulos eosdem Principes verisimiliter possint pervenire. Hujusmodi vero litere continebunt, ut a die in literis ipsis expressa, inter tres menses continuos omnes & singuli Principes Electores

Frankenfordie super Mogañ esse debeant constituti, vel suos Legales ad eundem terminum atque locum Nuncios destinare, cum plena & omnimoda potestate siveque patentibus literis, majori cujuslibet eorum Sigillo signatis, ad eligendum Romañ Regem in Cesarem promovendum.

Qualiter autem & sub qua forma tales litere confici debeant, & que in eis solempnitas debeat immutabiliter observari, & in qua forma & modo Principes Electores, Nuncios suos ad Electionem hujusmodi destinandos, ac potestatem, mandatum seu procuratoria ordinare debuerint, ad finem presentis libri conscriptum invenitur clarius & expressum. Et eandem formam illic traditam mandamus, & de Imperialis potestatis plenitudine usquequaque decernimus observari.

Cum autem ad hoc perventum fuerit, quod de Imperatoris vel Regis Romanorum obitu in Diecesi Maguntineñ constiterit, ex tunc infra unum mensem, a die notitie obitus hujus continue numerandum, singulis Principibus Electoribus obitum ipsum, & intimationem, de quibus premittitur, per Archiepiscopum Maguntineñ jubemus & decernimus suis patentibus litteris declarari. Quod si idem Archiepiscopus in executione & intimatione hujusmodi negligens aut remissus fortassis existeret: Ex tunc iidem Principes motu proprio, etiam non vocati, pro fidei sue virtute, qua Sacrum prosequi tenentur Imperium, post hoc infra tres menses, sicut in Constitutione supra proxime posita continetur, in Civitate Frankenford sepe dicta conveniant, electuri Regem Romañ in Cesarem promovendum.

Debet autem unusquisque Princeps Elector, vel sui Nuncii, predictam Civitatem Frankenford cum ducentis equitaturis tantummodo prefate Electionis tempore introire, in quorum numero quinquaginta tantum armatos, vel pauciores, introducere secum poterit, sed non plures.

Princeps vero Elector ad electionem hujusmodi vocatus & requisitus, & ad ipsam non veniens vel legales Nuncios cum litteris patentibus Sigillo suo majori sigillatis plenamque & liberam ac omnimodam potestatem continentibus, ad eligendum Romañ Regem futurum Imperatorem non dirigens aut veniens, aut hujusmodi Nuncios forte transmittens, si postea Princeps ipse aut predicti Nuncii, a predicto electionis loco recederent, Rege Romañ futuro Cesare non electo, nec ad premissa Procuratore legittimo substituto solempniter & relicto, electionis voce seu jure, quod in eadem Electione habuit, & tali modo deseruit, careat ea vice.

Injungimus autem Civibus de Frankenford, & mandamus, ut ipsi universos Principes Electores in genere, & quemlibet eorum, ab invasione alterius, si quid inter eos adversitatis emergeret, & etiam ab omni homine cum omnibus eorum hominibus, quos ipsi & eorum quilibet in prefato ducento-

centorum equorum suorum numero ad prefatam duxerint Civitatem, in virtute juramenti, quod super hoc ipsos ad Sancta prestare statuimus, fideli studio & solerti diligentia protegant ac defendant. Alioquin perjurii reatum incurrant, & nichilominus omnia Jura sua, Libertates, Privilegia, Gratias & Indulta, que a Sacro obtinere noscuntur Imperio, omnino amittant bannumque Imperiale cum personis & bonis suis omnibus incidant eo ipso: Et liceat ex tunc omni homini authoritate propria, ac sine judicio Cives eosdem, quos eo casu ex nunc, prout ex tunc, omni Jure privamus, tanquam proditores, infideles & rebelles Imperii, impune invadere: Ita quod invadentes hujusmodi, penam quamcunque a Sacro Imperio, vel quovis alio, nequaquam debeant formidare.

Cives insuper antedicti de Franckenford, per omne tempus illud, quod super electione sepe dicta tractari ac agi contigerit, neminem in prefatam Civitatem, cujuscunque dignitatis, conditionis vel status extiterit, intromittant, vel intrare quovis modo permittant: Principibus Electoribus & eorum Nunciis & Procuratoribus antedictis duntaxat exceptis, quorum quilibet cum ducentis equis debebit, ut predicitur, intromitti. Si vero post ipsorum Principum Electorum introitum, seu in ipsorum presentia, in prefata Civitate aliquem reperiri contigerit, illius exitum Cives ipsi debebunt absque mora & cum effectu protinus ordinare, sub omnibus penis contra ipsos superius promulgatis, ac etiam in virtute Juramenti, quod Cives ipsi de Frankenford super eo, virtute presentis constitutionis, prestare debebunt ad sancta, ut in precedentibus est expressum.

De electione Roman̄ Regis. II.

POstquam autem sepe dicti Electores seu Nuncii Civitatem Frankenfordensem ingressi fuerint, statim sequenti die diluculo, in Ecclesia sancti Bartholomei Apostoli ibidem, in omnium ipsorum presentia, Missam de Sancto Spiritu faciant decantari ad finem, ut ipse Sanctus Spiritus corda ipsorum illustret & eorum sensibus lumen sue virtutis infundat, quatenus ipsi suo fulti presidio hominem justum, bonum & utilem eligere valeant, in Regem Roman̄ futurumque Cesarem, ac pro salute populi Christiani. Peracta quoque Missa hujusmodi, omnes illi Electores seu Nuncii accedant ad altare, in quo Missa eadem extitit celebrata, ubi Principes Electores Ecclesiastici coram Evangelio beati Johannis In principio erat verbum, quod illic ante ipsos poni debebit, manus suas pectori cum reverentia superponant. Seculares vero Principes Electores dictum Evangelium corporaliter manibus suis tangant, qui omnes cum tota sua familia tunc ibi debebunt inermes

 assi-

assistere. Et Archiepiscopus Maguntineñ formam juramenti eis dabit, & una cum ipsis, & ipsi, vel absentium Nuncii una cum eo Juramentum prestabunt vulgariter in hunc mundum.

Ego N. Archiepiscopus Maguntinensis, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius ac Princeps Elector, juro ad sancta Dei Evangelia, hic presentialiter coram me posita, quod ego per fidem, qua Deo & Sacro Romano Imperio sum astrictus, eligam secundum omnem discretionem & intellectum meum, cum Dei adjutorio eligere volo temporale Caput populo Christiano, id est, Regem Romanorum in Cesarem promovendum, qui ad hoc existat ydoneus, in quantum discretio & sensus mei me dirigunt, & secundum fidem predictam vocemq; meam & votum, seu Electionem prefatam, dabo absque omni pacto, stipendio, precio vel promisso, seu quocunque modo talia valeant appellari, sic me Deus adjuvet & omnes Sancti.

Prestito denique per Electores, seu Nuncios, in forma & modo predictis, hujusmodi Juramento, ad Electionem procedant, nec ammodo de jam dicta Civitate Frankenford separentur, nisi prius major pars ipsorum temporale caput mundo elegerit, seu populo Christiano, Regem videlicet Romanorum, in Cesarem promovendum. Quod si facere distulerint infra triginta dies a die prestiti Juramenti prefati continuo numerandos: Ex tunc transactis eisdem triginta diebus, amodo panem manducent, & aquam, & nullatenus Civitatem exeant antedictam, nisi prius per ipsos, vel majorem partem ipsorum, Rector seu temporale caput fidelium electum fuerit ut prefertur.

Postquam autem in eodem loco ipsi vel pars eorum major numero elegerit, talis Electio perinde haberi & reputari debebit, ac si foret ab ipsis omnibus, nemine discrepante, concorditer celebrata. Sique per tempus aliquod morari, abesse & tardare contingeret aliquem de Electoribus seu Nunciis antedictis, dum tamen veniret, antequam predicta esset Electio celebrata, hunc ad Electionem ipsam in eo statu admitti debere decernimus, in quo ipsa adventus sui tempore consistebat.

Et quia de antiqua, approbata & laudabile consuetudine inconvulse, quod subscribitur, semper extitit hactenus observatum: Ideoque & Nos constituimus, & de Imperialis decernimus plenitudine potestatis, quod is, qui modo premisso in Regem fuerit Romañ electus, peracta statim electione hujusmodi, priusquam in aliquibus causis aliis sive negotiis virtute sacri Imperii administret, universis & singulis Princip. Electorib. Ecclesiasticis & Secularibus, qui propinquiora sacri Imperii membra esse noscuntur, omnia ipsorum Privilegia, Literas, Jura, Libertates, Concessiones, antiquas consuetudines & etiam dignitates, & quicquid ipsi ab Imperio usque in diem

Ele-

Electionis ſue obtinuerunt & poſſederunt, absque dilacione & contradictione confirmare, & approbare debeat, per ſuas literas & ſigilla, ipſisque premiſſa omnia innovare poſtquam Imperialibus fuerit Infulis coronatus. Confirmationem autem hujusmodi electus ipſe cuilibet Principi Electori in ſpecie primo ſuo nomine Regali faciet, & deinde ſub Imperiali titulo innovabit, & in hys ipſos Principes omnes in genere, & quemlibet eorum in ſpecie, nullatenus impedire, ſed potius absque dolo gratioſe tenebitur promovere.

In caſu denique quo tres Principes Electores preſentes, ſeu abſentium Nuncii, quartum ex ſe ſeu ipſorum conſorcio, videlicet Principem Electorem preſentem vel abſentem in Regem Romañ eligerent, vocem illius electi, ſi preſens affuerit, aut Nunciorum ipſius, ſi eum abeſſe contingeret, plenum vigorem habere & eligentium augere numerum partemque majorem decernimus conſtituere, ad inſtar ceterorum Principum Electorum.

De Seſſione Treveren Colon & Maguntin Archiepiſcoporum. Cap. III.

In nomine ſancte & individue Trinitatis feliciter, Amen. KAROLUS QUARTUS divina favente clementia Romañ Imperator ſemper Auguſtus & Boemie Rex ad perpetuam rei memoriam. Decor & gloria ſacroſancti Romani Imperii & honor Ceſareus & Reipublice grata compendia venerabilium & illuſtrium Principum Electorum concordi voluntate foventur, qui velut columpne proceres ſacrum edificium circumſpecte prudentie ſolerti pietate ſuſtentant, quorum preſidio dextra Imperialis potentie roboratur. Et quanto mutui favoris ampliori benignitate ſtringuntur tanto uberiori pacis & tranquillitatis comoda feliciter profluunt populo Chriſtiano. Ut igitur inter venerabiles Maguntiñ Colonieñ necnon Trevereñ Archiepiſcopos ſacri Imperii Principes Electores, omnium litium & ſuſpectuum que & qui de prioritate ſeu dignitate Seſſionum ſuarum in Curiis Imperialibus & Regalibus ſuboriri valerent impoſterum perpetuis in antea temporibus amputentur & ipſi in cordis & animorum quieta conditione manentes de opportunitatibus ſacri Imperii concordi favore & virtuoſe dilectionis ſtudio convenientius meditari valeant pro conſolatione populi Chriſtiani, habita deliberatione cum omnibus Principibus Electoribus, tam Eccleſiaſticis quam Secularibus, & de ipſorum conſilio, decernimus & de Imperatorie poteſtatis plenitudine hac edictali lege perpetuo valitura ſancimus, quod ſupradicti venerabiles Archiepiſcopi Trevereñ videlicet ex oppoſito & liniari directione verſus Imperatoris faciem: Moguntiñ vero in

ſuis Diec & Provincia & extra Provinciam ſuam in toto Archicancellariatu ſuo Germanico, provincia Colonieñ duntaxat excepta: & demum Coloñ in ſuis Diec & Provincia, & extra Provinciam ſuam in tota Italia & Gallia in dextro latere Rom. Ceſaris ſedere poſſint, valeant & debeant in omnibus publicis actibus Imperialibus puta Judiciis, Collationibus feudorum & in refectionibus Menſarum ac etiam in Conſiliis & omnibus aliis agendis propter quæ contingit ſeu continget eoſdem pro honore ſeu utilitate Imperiali tractandis mutuo convenire. Et hunc modum Seſſionis ſub omni eo ordine ſicut expreſſatur ſuperius, ad prædictorum Colonieñ, Trevereñ & Maguntiñ Archiepiſcoporum ſucceſſores perpetuo extendi volumus, ut nullo unquam tempore ſuper hys quevis dubietas orietur.

De Principibus Electoribus in communi. Cap. IV.

Statuimus inſuper ut quotienscunque Imperialem Curiam ex nunc in antea celebrari contigerit, in qualibet Seſſione, videlicet tam in conſilio quam in Menſa, & locis aliis quibuſcunque ubi Imperatorem vel Regem Romañ cum Principibus Electoribus ſedere contigerit, a dextro latere Imperatoris vel Regis Romañ immediate poſt Archiepm Maguntiñ vel Colonieñ, illum videlicet quem tunc temporis pro qualitate locorum & varietate Provinciarum juxta Privilegii ſui tenorem dicto lateri dextro Imperatoris aſſidere contigerit, Rex Boemie, cum ſit Princeps coronatus & unctus, primum, & poſt eum continuo Comes Palatinus Reni ſecundum, ſedendi loca debeant obtinere. Ad ſiniſtram vero partem immediate poſt illum, quem ex predictis Archiepiſcopis in latere ſiniſtro ſedere continget, primum locum Dux Saxonie & poſt eum Marchio Brandenburgenſis alterum obtinebit.

Ceterum quotiens & quando deinceps ſacrum vacare continget Imperium, ex tunc Maguntiñ Archiepiſcopus poteſtatem habebit, ſicut poteſtatem habuiſſe dinoſcitur ab antiquo, ceteros Principes antedictos, ſuos in dicta Electione conſortes literatorie convocandi. Quibus omnibus, ſeu hys qui poterunt & noluerunt intereſſe in Electionis termino invicem congregatis, dictus Archiepiſcopus Maguntiñ, & non alter, eorundem Coëlectorum ſuorum vota ſingulariter habebit inquirere ordine ſubſequenti. Primo quidem interrogabit a Trevereñ Archiepiſcopo, cui primam vocem competere declaramus, ſicut invenimus hactenus competiiſſe. Secundo a Colonienſe Archiepiſcopo, cui competit dignitas nec non officium Romañ Regi primum Diadema Regium imponendi. Tertio a Rege Boemie, qui inter Electores laicos ex Regie dignitatis faſtigio jure & merito obtinet primaciam. Quarto a Comite Palatino Reni. Quinto a Duce Saxonie. Sexto a Marchione

chione Brandenburgensi. Horum omnium vota premisso jam ordine dictus Archiepiscopus Maguntineñ perquiret. Quo facto dicti Principes sui consortes ipsum vice versa requirent ut & ipsis aperiat votum suum. Preterea in celebratione Imperialis Curie Marchio Brandemburg. aquam lavandis Imperatoris vel Regis Romanorum manibus ministrabit. Primum vero potum Rex Boemie, quem tamen sub Corona Regali, juxta privilegiorum suorum continentiam, nisi libera voluntate voluerit, non tenebitur ministrare. Comes etiam Palatinus cibum afferre tenebitur: Et Dux Saxonie Marescallatus officium exercebit ut solitum est fieri ab antiquo.

De Jure Comitis Palatini & Saxonie Ducis. Cap. V.

QUotiens insuper, ut premittitur, sacrum vacare continget Imperium, illustris Comes Palatinus Reni sacri Imperii Archidapifer ad manus futuri Regis Romanorum in partibus Reni & Suevie & in Jure Franconico, ratione Principatus seu Comitatus Palatini privilegii esse debet provisor ipsius Imperii cum potestate judicia exercendi, ad beneficia Ecclesiastica presentandi, recolligendi redditus & proventus, & investiendi de feudis, juramenta fidelitatis vice & nomine sacri Imperii recipiendi, que tamen per Regem Romañ postea electum suo tempore omnia innovari & de novo sibi juramenta ipsa prestari debebunt, feudis Principum duntaxat exceptis & illis que Vanlehen vulgariter appellantur, quorum investituram & collationem soli Imperatori vel Regi Romañ specialiter reservamus. Ipse tamen Comes Palatinus omne genus alienacionis seu obligacionis rerum Imperialium hujusmodi provisionis tempore expresse sibi noverit interdictum.

Et eodem jure provisionis illustrem Ducem Saxonie sacri Imperii Archimarescallum frui volumus in hys locis ubi Saxonica jura servantur sub omnibus modis & conditionibus sicut superius est expressum.

Et quamvis Imperator sive Rex Romañ super causis, pro quibus impetitus fuerit, habeat, sicut ex consuetudine introductum dicitur, coram Comite Palatino Reni sacri Imperii Archidapifero Electore Principe respondere: illud tamen judicium Comes Palatinus ipse non alibi preterquam in Imperiali Curia, ubi Imperator seu Romañ Rex presens extiterit, poterit exercere.

De comparacione Principum Electorum ad alios Principes communes. Cap. VI.

DEcernimus ut in celebratione Imperialis Curie, quotienscunque illam deinceps celebrari contigerit, antedicti Principes Electores Ecclesia-

ſtici & Seculares, juxta preſcriptum ordinem atque modum a dextris & a ſiniſtris, immutabiliter teneant loca ſua, eiſq; vel eorum alicui in quibuscunque actibus ad Curiam ipſam ſpectantibus eundo, ſedendo vel ſtando, nullus Princeps alius, cujuscunque ſtatus, dignitatis, preeminentie, vel condicionis exiſtat, nullatenus preferatur. Eo ſignanter expreſſo, quod nominatim Rex Boemie in celebratione Curiarum hujusmodi, in omnibus & ſingulis locis & actibus antedictis, quemcunque Regem alium, quacunque etiam ſingulari dignitatis prerogativa fulgentem, quem quovis caſu ſeu cauſa venire vel adeſſe forte contigerit, immutabiliter antecedat.

De Succeſſione Principum. Cap. VII.

INter ſolicitudines illas innumeras quibus pro felici ſtatu ſacri Imperii, cui auctore Domino feliciter preſidemus cor noſtrum cottidie fatigatur, ad hec precipue meditatio noſtra dirigitur, qualiter deſiderata & ſalubris ſemper unio inter ſacri Imperii Principes Electores jugiter vigeat & eorum corda in ſincere caritatis concordia conſerventur quorum providentia ſuo tempore orbi fluctuanti tanto celerius tantoque facilius ſubvenitur, quanto inter eos nullus error ſurrepſerit & purior fuit charitas cuſtodita, obſcuritate ſucciſa & jure cujuslibet dilucide declarato. Sane generaliter longe lateque eſt publicum, & quaſi per totum orbem notorie manifeſtum, illuſtres Regem Boemie, Comitem Palatinum Reni, Ducem Saxonie & March. Brandenb. virtute Regni & Principatuum ſuorum in Electionis Regis Romañ in Ceſarem promovendi cum ceteris Principib. Eccleſiaſticis ſuis Coëlectorib jus, vocem & locum habere, & una cum ipſis cenſeri & eſſe veros & legitimos ſacri Imperii Principes Electores. Ne inter eorundem Principum Secularium Electorum filios ſuper jure, voce & poteſtate prefata futuris temporibus ſcandalorum & diſſenſionum poſſit materia ſuſcitari & ſic bonum commune periculoſis dilationibus impediri, futuris, auctore Domino, cupientes periculis ſalubriter obviare: Statuimus & Imperiali auctoritate preſenti lege perpetuis temporibus valitura decernimus, ut poſtquam iidem Principes Electores Seculares & eorum quilibet eſſe deſierit, jus, vox & poteſtas Electionis hujusmodi ad filium ſuum primogenitum, legitimum, laicum; illo autem non extante, ad ejuſdem primogeniti primogenitum ſimiliter laicum libere & ſine contradictione cujuspiam devolvatur. Si vero primogenitus hujusmodi abſque heredibus maſculis legitimis laicis ab hac luce migraret, virtute preſentis Imperialis edicti, jus, vox & poteſtas Electionis predicte ad ſeniorem fratrem laicum per veram paternalem lineam deſcendentem, & deinceps ad illius primogenitum laicum devolvatur. Et talis ſucceſſio in pri-

primogenitis & heredibus Principum eorundem in jure, voce & potestate premissis, perpetuis temporibus observetur: ea tamen condicione & modo, ut si Principem Electorem seu ejus primogenitum aut filium seniorem laicum mori, & heredes masculos legittimos, laicos, defectum etatis patientes relinquere contingeret, tunc frater senior ejusdem primogeniti, tutor eorum & administrator existat, donec senior ex eis legitimam etatem attigerit, quam in Principe Electore decem & octo annos completos censeri volumus & statuimus perpetuo & haberi: quam dum exegerit, jus, vocem & potestatem & omnia ab ipsis dependencia tutor ipse sibi totaliter cum officio teneatur protinus assignare.

Si vero aliquem ex hujusmodi Principatibus ipsorum Imperio sacro vacare contingeret, tunc Imperator seu Rex Romañ, qui pro tempore fuerit, de ipso providere debebit & poterit, tanquam de re ad se & Imperium legitime devoluta, salvis semper Privilegiis, Juribus & Consuetudinibus Regni nostri Boemie, super electione Regis in casu vacationis per Regnicolas, qui jus habent eligendi Regem Boemie, facienda juxta continenciam eorundem privilegiorum & observatam consuetudinem diuturnam a divis Romañ Imperatoribus sive Regibus obtentorum, quibus ex hujusmodi sanccione Imperiali in nullo prejudicari volumus. Imo ipsa decernimus nunc & perpetuis futuris temporibus in omni suo tenore, & forma, indubiam tenere roboris firmitatem.

De Regis Boemie & Regnicolarum ejus immunitate. Cap. VIII.

CUm per divos Romañ Imperatores & Reges predecessores nostros illustribus Boemie Regibus, progenitoribus & predecessoribus nostris, nec non Regno Boemie, ejusdemque Regni Corone olim concessum fuerit graciosius & indultum, sitque in Regno eodem a tempore, cujus contrarii hodie non existit memoria, consuetudine laudabili inconvulse servata, diuturnitate temporum & prescripta moribus utentium sine contradictionis aut interruptionis obstaculo introductum, quod nullus Princeps, Baro, Nobilis, miles, cliens, Burgensis, Civis, nulla denique persona ejusdem Regni & pertinenciarum ejus ubicunque consistentium, cujuscunque status, dignitatis, preeminentie vel condicionis existat, ad cujuscunque actoris instantiam extra Regnum ipsum ad quodcunque tribunal seu alterius preterquam Regis Boemie & Judicum Regalis Curie sue judicium citari potuerit sive trahi nec vocari debeat perpetuis inantea temporibus sive possit. Ideoque privilegium, consuetudinem & indultum hujusmodi auctoritate Imperiali & de Imperialis potestatis plenitudine ex certa sciencia innovantes & etiam con-

E fir-

firmantes ac presenti nostra Constitutione Imperiali perpetuis temporibus valitura statuimus, ut si contra privilegium, consuetudinem vel indultum prefatum, quispiam predictorum, puta Princeps, Baro, Nobilis, miles, cliens, civis, Burgensis seu Rusticus, aut alia quecunque persona premissa, ad cujuscunque tribunal extra Regnum predictum Boemie, in quacunque causa criminali, civili vel mixta, seu super quocunque negocio citatus fuerit, quocunque tempore vel citata comparere, vel in judicio respondere minime teneatur. Quod si adversus hujusmodi non comparentes, vel non comparentem, a quocunque judice, cujuscunque auctoritatis existat, extra Regnum ipsum Boemie constituto, judicialiter procedi, processus fieri, seu sententias interlocutorias vel diffinitivas, unam vel plures, in quibuscunque prenominatis causis sive negotiis, quovis modo ferri & promulgari continget, auctoritate premissa, de plenitudine insuper antedicte Imperatorie potestatis, citationes, precepta, processus & sententias hujusmodi, nec non executiones, & omnia que ex eis, vel aliquo eorum quomodolibet sequi, attemptari possint vel fieri, irritamus penitus & cassamus. Adjicientes expresse, & edicto Imperiali perpetuo valituro eadem auctoritate & de premisse potestatis plenitudine decernentes ut quemadmodum in predicto Regno Boemie, a tempore, cujus contrarii non habetur memoria, jugiter observatum existit: Ita nulli prorsus Principi, Baroni, Nobili, militi, clienti, Civi, Burgensi seu Rustico, nulli demum persone seu incole Regni Boemie sepe dicti, cujuscunque status, preeminencie, dignitatis vel condicionis existant vel existat, a quibuscunque processibus, sentenciis interlocutoriis vel diffinitivis, sive preceptis sive sine preceptis Regis Boemie, aut quorumcunque suorum judicum, nec non executionibus eorundem contra se in regali judicio seu coram Regis regni seu predictorum judicum tribunalibus, factis aut latis, habitis vel ferendis in antea seu fiendis, ad quodcumque aliud judicium appellare: provocationes quoque seu appellaciones hujusmodi, si quas contra hoc interponi contigerit, eo ipso viribus non subsistant, & appellantes ipsi penam perdicionis causarum ipso facto se noverint incurrisse.

De auri, argenti & aliarum specierum mineris. Cap. VIIII.

Presenti Constitucione in perpetuum valitura statuimus ac de certa sciencia declaramus, quod Successores nostri Boemie Reges nec non universi & singuli Principes Electores, Ecclesiastici & Seculares, qui perpetuo fuerint, universas auri & argenti fodinas atque mineras stanni, cupri, plumbi, ferri & alterius cujuscunque generis metalli, ac eciam salis, tam inventas, quam inveniendas imposterum quibuscumque temporibus, in regno predicto,

dicto, aut terris & pertinenciis eidem Regno ſubjectis, nec non ſupradicti Principes in Principatibus, terris, dominiis & pertinenciis ſuis, tenere juſte poſſint & legittime poſſidere, cum omnibus juribus, nullo prorſus excepto, prout poſſunt ſeu conſueverunt talia poſſideri. Nec non Judeos habere, theolonia in preterito ſtatuta & indicta percipere. Quodque progenitores noſtri Reges Boemie felicis memorie, ipſique Principes Electores ac progenitores & predeceſſores eorum legittime potuerint uſque in preſens, ſicut hoc antiqua, laudabili & approbata conſuetudine diuturnique ac longiſſimi temporis curſu preſcripta noſcitur obſervatum.

De Monetis. Cap. X.

Statuimus preterea, ut Regi Boemie ſucceſſori noſtro, qui fuerit pro tempore, ſicut conſtat ab antiquo illuſtris memorie Boemie Regibus noſtris predeceſſoribus licuiſſe, & in poſſeſſione pacifica continua ipſos fuiſſe juris ſubſequentis, videlicet monetas auri & argenti, in omni loco & parte regni ſui & ſubditarum ei terrarum, & pertinenciarum omnium, ubi Rex ipſe decreverit, ſibique placuerit, cudi facere & mandare ſub omni modo & forma atque in regno ipſo Boemie, in hys ad hec uſque tempora obſervatis. Quodque futuris perpetuo Boem̃ Regibus hac noſtra Imperiali Conſtitutione & gratia perpetuo valituris, a quibuscunque Principibus, Magnatibus, Comitibus, ac perſonis aliis, quascunque terras, caſtra, poſſeſſiones ſive bona liceat emere, comparare, ſeu in donum vel in donacionem ex quacunque cauſa, aut in obligationem recipere, ſub talium terrarum, caſtrorum, poſſeſſionum, prediorum ſeu bonorum condicione conſueta, ut videlicet propria recipiantur vel comparentur ut propria, libera velut libera, ea que dependent in feudum, ſimiliter emantur in feudum, ſeu comparata taliter teneantur: Ita tamen quod ipſi Reges Boemie de hys, que hoc modo comparaverint vel receperint & regno Boemie duxerint applicanda, ad priſtina ac conſueta jura de talibus ſacro explenda & reddenda Imperio ſint adſtricti. Preſentem nichilominus conſtitutionem & gratiam virtute preſentis legis noſtre Imperialis ad univerſos Principes Electores tam Eccleſiaſticos, quam Seculares, ſucceſſores & legittimos heredes ipſorum plene extendi volumus, ſub omnibus modis & condicionibus ut prefertur.

De Immunitate Principum Electorum. Cap. XI.

Statuimus etiam ut nulli Comites, Barones, Nobiles, Feudales, Vaſalli, Caſtrenſes milites, Clientes, Cives, Burgenſes, nulle quoque perſone Colo-

Colonieñ, Maguntiñ & Trevereñ Ecclesiis subjecti vel subjecte, cujuscunque status, condicionis vel dignitatis existant, ad cujuscunque actoris instantiam, extra territorium & terminos ac limites earundem Ecclesiarum & pertinentiarum suarum ad quodcunque aliud tribunal, seu cujusvis alterius, preterquam Archiepõrum Maguntiñ, Trevereñ & Colonieñ & judicum suorum judicium citari potuerint temporibus retroactis, vel trahi seu vocari debeant perpetuis inantea temporibus sive possint, sicut preteritis invenimus temporibus observatum. Quod si contra presens edictum nostrum predictos Ecclesiarum Trevereñ, Maguntiñ seu Colonieñ subditos, vel eorum aliquem seu aliquos, ad cujuscunque instanciam, seu ad cujuscumque tribunal, pro quacumque causa criminali, civili vel mixta, seu quocumque negocio, extra territorium, limites, seu terminos dictarum Ecclesiarum, vel alicujus earum, citari contingeret, comparere vel respondere minime teneantur, & citacio, ac processus & sententie interlocutorie vel diffinitive contra non venientes a talibus judicibus extraneis late vel facte, fiende vel ferende, nec non precepta & premissorum executiones, & omnia que ex eis vel aliquo eorum quomodolibet sequi attemptari possent vel fieri, irrita decernimus eo ipso. Adjicientes expresse, quod nulli Comiti, Baroni, Nobili, Feudali, Vasallo, castrensi militi, clienti, civi, rustico, nulli demum persone Ecclesiis hujusmodi subjecte seu ejus incole, cujuscunque status, dignitatis vel condicionis existant, a processibus, sententiis interlocutoriis & diffinitivis sive preceptis Archiepõrum & Ecclesiarum hujusmodi, vel suorum officiatorum temporalium aut executoribus eorundem contra se in Archiepãli seu Officiatorum predictorum judicio factis aut latis, habitis vel ferendis inantea, seu fiendis, ad quodcunque tribunal aliud liceat appellare, quamdiu in Archiepõrum predictorum & suorum judicio querulantibus, non fuerit justicia denegata. Appellationes contra hoc factas non recipi statuimus cassasque & irritas nunciamus. In defectu vero justicie predictis omnibus ad Imperialem dumtaxat curiam & tribunal seu Judicis immediate in Imperiali Curia pro tempore presidentis audienciam: & etiam eo casu non ad quemvis alium Judicem sive etiam delegatum, hys quibus denegata fuerit justicia, liceat appellare. Quidquid vero contra premissa factum fuerit, sit irritum eo ipso.

Eandem constitucionem virtute presentis legis nostre Imperialis ad Illustres Comitem Palatinum Reni, Ducem Saxonie, Marchionem Brandemburgeñ Principes Electores seculares sive laicos, heredes, successores & subditos eorum plene extendi volumus, sub omnibus modis & condicionibus, ut prefertur.

De

De Congregatione Principum. Cap. XII.

INter illas multiplices Reipublice curas, quibus assidue mens nostra distrahitur, multa consideracione necessarium fore perspexit nostra Sublimitas, ut sacri Imperii Principes Electores, ad tractandum de ipsius Imperii, Orbisque salute frequentius solito congregentur: qui solide bases Imperii & columpne immobiles, quemadmodum per longinquas ad invicem terrarum consistunt distancias, ita de incumbentibus regionum sibi cognitarum defectibus referre simul & conferre noverunt, sanisque providencie sue consiliis non ignorant ac commodis talium Reformacionibus salubriter opem dare. Hinc est quod in solempni Curia nostra Nuremberg cum venerabilibus Ecclesiasticis & Illustrib⁹ Secularibus Principib⁹ Electoribus & multis aliis Principibus & Proceribus per nostram Celsitudinem celebrata, habita cum eisdem Principibus Electorib⁹ deliberacione & de ipsorum consilio, pro bono & salute comūni cum dictis Principibus Electoribus tam Ecclesiasticis, quam Secularibus duximus ordinandum, quod iidem Principes Electores de cetero per singulos annos semel, transactis a festo Pasche resurrectionis Dominice quatuor septimanis continue connumerandis, in aliqua Civitatum sacri Imperii personaliter congregentur, & ad idem tempus proxime affuturum, seu anno presenti, colloquium seu Curia & congregatio hujusmodi in Civitate nostra Imperiali Metensi, per nos & eosdem Principes celebretur, ac tunc & deinceps die quolibet congregationis hujusmodi locus per Nos, quo sequenti anno conveniant, ipsorum consilio statuatur : hac nostra ordinacione ad nostrum ac ipsorum dumtaxat beneplacitum duratura. Qua durante ipsos sub nostro Imperiali conductu recepimus ad dictam Curiam accedendo , stando & etiam recedendo. Preterea ne tractatus communis salutis & pacis per tractum & moram solacii seu excessivam frequentacionem convivii retardetur, ut aliquando fieri est consuetum , concordi voluntate duximus ordinandum, ut deinceps Curia seu Congregatione prefata durante generales omnium Principum celebrare alicui non liceat invitatas: particulares vero, que agendorum expedicionem non impediant, cum moderamine sint permisse.

De Revocatione Privilegiorum.

PReterea statuimus & hoc Imperiali sanccimus Edicto, quod universa Privilegia & Littere, quibuscumque personis, cujuscunque status, preeminentie vel dignitatis existant, seu civitatum & opidorum & quorumlibet locorum universitatibus, super quibuscunque juribus, graciis, emunitatibus,

 con-

conſuetudinibus ſeu rebus aliis etiam proprio motu, ſeu alias a nobis vel recolende memorie divis Romañ Imperatoribus & Regibus predeceſſoribus noſtris, ſub quibuscunque verborum tenoribus conceſſa & conceſſe, ſeu a Nobis vel ſucceſſoribus noſtris Romañ Imperatoribus & Regibus inantea concedenda ſeu concedende, non debeant aut poſſint libertatibus, juriſdictionibus, juribus, honoribus ſeu dominiis Principum Electorum ſacri Imperii, Eccleſiaſticorum & Secularium, aut alicujus ipſorum, in aliquo penitus derogare, etiamſi in talibus Privilegiis & Litteris quarumlibet perſonarum cujuscunque preeminentie, dignitatis vel ſtatus extiterint, ut prefertur, ſeu univerſitatum hujuſmodi, expreſſe cautum ſit vel fuerit in futurum, quod revocabilia ſeu revocabiles eſſe non debeant niſi de ipſis & toto in eis comprehenſo tenore in tali revocatione fieret de verbo ad verbum ſeriatim mencio ſpecialis. Hujuſmodi namque Privilegia & Litteras, ſi & in quantum libertatibus, juriſdictionibus, juribus, honoribus, ſeu dominiis dictorum Principum Electorum, aut alicujus ipſorum, derogare cenſentur in aliquo, quo ad hoc revocamus ex certa ſcientia & caſſamus, revocataque & revocatas intelligi & haberi decernimus de plenitudine Imperatorie poteſtatis.

De Hys quibus ut indignis auferuntur bona feudalia.

IN pleriſque partibus Vaſalli & Feudatarii, Dominorum feuda ſeu beneficia que a Dominis ipſis obtinent, intempeſtive, verbaliter & in fraude renunciant, ſeu reſignant eadem; Et facta renunciacione hujuſmodi Dominos ipſos malicioſe diffidant, ſuasque inimicicias eis denunciant, dampna ipſis ſubſequenter gravia inferendo, & beneficia ſeu feuda ſic relicta, pretextu guerre ſeu inimicicie, iterum invadunt, & occupant ac detinent occupata. Eapropter preſenti Conſtitucione in perpetuum valitura ſanccimus, quod talis reſignacio ſeu renunciacio haberi debeat pro non facta, niſi libere & realiter facta fuerint per eoſdem, ita quod poſſeſſio beneficiorum & Feudorum hujuſmodi Dominis ipſis corporaliter & realiter aſſignetur, in tantum quod nullo unquam tempore diffidantes ipſi in bonis, feudis ſeu beneficiis reſignatis, Dominos ipſos perturbent per ſe, vel alios, aut moleſtent, nec ad hoc conſilium preſtent auxilium vel favorem. Contrarium faciens, ſeu Dominos ſuos in beneficiis & feudis reſignatis vel non reſignatis, invadens, quomodolibet vel perturbans, vel dampna in ipſis inferens, ſeu conſilium auxilium preſtans talia facientibus vel favorem, feuda & beneficia hujuſmodi eo ipſo amittat, infamis exiſtat, & banno Imperiali ſubjaceat, & nullus ad feuda vel beneficia hujuſmodi pateat ei de cetero quocunque tempore aditus vel regreſſus, nec de novo concedi ſibi valeant ullo modo, & facta

eis

eis contra hoc illorum concessio seu investitura secuta viribus non subsistat. Postremo omnes penas predictas illos vel illum qui predicta resignacione facta, contra Dominos suos fraudulenter agentes vel agens, scienter eos invaserint, vel invaserit, diffidacione quacunque previa, vel obmissa, vigore presentis Sanctionis incurrere decernimus ipso facto.

De Conspiratoribus.

DEtestandas preterea , & sacris legibus reprobatas conspiraciones & conventicula seu colligaciones illicitas, in civitatibus & extra, & inter Civitatem & Civitatem, inter personam & personam sive inter personam & civitatem, pretextu parentele seu receptionis in Cives, vel alterius cujuscunque coloris conjurationes, insuper & confederationes & pacta, nec non & consuetudinem circa hujusmodi introductam, quam censemus potius corruptelam, reprobamus, dampnamus & certa scientia irritamus, quas Civitates seu Persone, cujuscunque dignitatis, condicionis, aut status, sive inter se, sive cum aliis, absque autoritate Dominorum, quorum subditi vel ministeriales, seu in quorum districtu consistunt, eisdem Dominis nominatim non exceptis fecerunt hactenus, & facere presumpserint in futuro, sicut eas per sacras divorum Augustorum predecessorum nostrorum leges prohibitas non ambigitur & cassatas. Illis confederationibus & ligis dumtaxat exceptis, quas Principes & Civitates ac alii super generali Pace Provinciarum atque Terrarum inter se firmasse noscuntur. Illas enim nostre declaracioni specialiter reservantes in suo decernimus vigore manere, donec de hys aliud duxerimus ordinandum. Personam singularem, que de cetero contra tenorem presentis Constitutionis nostre ac legis antique super hoc edite, confederaciones, colligaciones, conspiraciones & pacta hujusmodi inire presumpserint, ultra penam legis ejusdem, notam infamie & penam decem librarum auri; Civitatem vero, vel Universitatem in hanc legem nostram similiter committentem centum librarum auri, nec non amissionis & privacionis libertatum & privilegiorum Imperialium penas incurrere decernimus eo ipso, medietate pene hujusmodi pecuniarie fisco Imperiali, reliqua vero Domino districtus, in cujus prejudicium facta fuerint, applicanda.

De Pfalburgeriis.

CEterum, quia nonnulli Cives & subditi Principum, Baronum & aliorum hominum, sicuti frequens ad nos querela perduxit, jugum ordinarie subjectionis querentes adjicere, ymmo ausu temerario contempnentes, in aliarum Civitatum cives recipi se procurant, & frequentius in preterito

 pro-

procurarunt ; Et nihilominus in priorum Dominorum, quos tali fraude presumpserunt vel presumunt deserere, Terris, Civitatibus, Oppidis & Villis, corporaliter residentes, Civitatum, ad quas hoc modo se transferunt, libertatibus gaudere & ab eis defensari contendunt, qui in partibus Alamanie Pfalburgerii consueverunt vulgariter appellari. Quoniam igitur patrocinari non debeant alicui fraus & dolus, de Imperatorie potestatis plenitudine, omnium Principum Electorum Ecclesiasticorum & Secularium sano accedente consilio, ex certa scientia statuimus & presenti lege perpetuo valitura sanccimus, quod predicti Cives & Subditi, eis quibus subsunt, taliter illudentes, in omnibus terris, locis & provinciis sacri Imperii, a presenti die imposterum, Civitatum in quarum cives tali fraude recipi se procurant vel hactenus procurarunt, juribus & libertatibus in nullo potiantur; Nisi ad hujusmodi Civitates corporaliter & realiter transeuntes ibique larem foventes, continue & vere ac non ficte residentiam facientes, debita onera & municipalia subeant munera in eisdem. Si qui vero contra presentis nostre legis tenorem recepti sunt vel fuerint in futurum, illorum receptio omni careat firmitate, & recepti, cujuscumque condicionis, dignitatis aut status existant, in nullo casu penitus sive causa, Civitatum, ad quas recipi se procurant, juribus & libertatibus gaudeant, quomodolibet vel fruantur : non obstantibus quibuscumque juribus, privilegiis vel consuetudinibus observatis, quandocunque tempore & obtentis. Quas & que, in quantum presenti nostre legi obviant, presentibus ex certa sciencia revocamus & de predicte Imperialis plenitudine potestatis, omnique carere decernimus robore firmitatis. Circa premissa omnia Principum, Dominorum & aliorum hominum, quos taliter deseri contigit vel continget imposterum, juribus circa personas & bona subditorum quorumcunque, ipsos sæpe dicto modo deserentium, semper salvis: Hos nichilominus qui sepe dictos Cives & subditos alienos recipere, contra presentis nostre legis dispositionem presumpserint, si eos omnino non dimiserint infra mensem, post intimacionem presentium eis factam, centum marcas auri puri pro transgressione hujusmodi, tociens quociens deinceps factum fuerit, incurrere decernentes, quarum medietas Imperiali fisco nostro, reliqua vero dominis illorum, qui recepti fuerint, irremissibiliter applicetur.

De Diffidacionibus.

Eos, qui de cetero adversus aliquos justam diffidacionis causam se habere fingentes, ipsos in locis, ubi domicilia non obtinent, aut ea communiter non inhabitant, intempestive diffidant, declaramus dampna quecunque per incendia, spolia vel rapinas, diffidatis ipsis, cum honore suo inferre non posse.

posse. Et quia patrocinari non debent alicui fraus & dolus, presenti Constitucione in perpetuum valitura sanccimus, diffidantes hujusmodi, quibuscunque Dominis aut personis, cum quibus aliqui fuerint in societate, familiaritate, aut honesta quavis amicitia conversati, sic factas vel fiendas imposterum non valere, nec licere pretextu diffidacionis cujuslibet quempiam invadi, per incendia, spolia vel rapinas, nisi diffidacio per tres dies naturales ipsi diffidando personaliter, vel in loco quo habitare consuevit, publice fuerit intimata, possitque de intimacione hujusmodi per testes ydoneos fieri plena fides. Quisquis secus quempiam diffidare & invadere modo premisso presumpserit, infamiam eo ipso incurrat, ac si nulla diffidacio facta esset; quem etiam, tanquam proditorem, per quoscunque Judices penis legalibus statuimus castigari.

Prohibemus etiam & dampnamus universas & singulas guerras & lites injustas, cuncta quoque incendia injusta, spolia & rapinas, indebita & inconsueta thelonea, & conductus, & exactiones pro ipsis conductibus extorqueri consuetas, sub penis, quibus sacre leges premissa & eorum quodlibet sancciunt punienda.

Litera Intimacionis.

VObis Illustri & Magnifico Principi, Domino Marchioni Brandemburgeñ Sacri Imperii Archicamerario, Coëlectori & amico nostro carissimo, Electioñ Romañ Regis, que ex causis racionabilibus imminet, facienda presentibus intimamus, vosque ex officii nostri debito ad Electionem prefatam rite vocamus, quatenus à die tali &c. intra tres menses continuo computandos, per Vos seu Nuncios aut Procuratores vestros, unum vel plures, sufficiens mandatum habentes, ad locum debitum, juxta formam sacrarum legum super hoc editarum, venire curetis, deliberaturi, tractaturi & concordaturi cum aliis Conprincipibus & Coëlectoribus vestris & nostris de Electione futuri Regis Romañ, in Imperatorem postmodum favente Domino promovendi, in eodem mansuri usque ad plenam consummacionem electionis hujusmodi, & alias facturi & processuri, prout in sacris legibus super hoc deliberate editis invenitur expressum. Alias non obstante vestra seu Vestrorum absentia, in premissis una cum aliis Conprincipibus & Electoribus nostris, prout legum ipsarum sanccivit auctoritas, finaliter procedemus.

Forma procuratorii, mittendi per eum Principem Electorem, qui Nuncios suos ad Electionem faciendam duxerit destinandum.

NOs talis Dei gratia, &c. sacri Imperii, &c. Notum facimus tenore presentium universis, quod cum electio Romañ Regis ex rationabilibus cau-

sis

ſis imminet facienda, nos de honore & ſtatu Sacri Imperii ſolicitudine debita intendere cupientes, ne tam gravibus diſpendiis periculoſe ſubjaceat, de fide & circumſpectionis induſtria dilectorum nobis, N. & N. fidelium noſtrorum obtinentes utique preſumptionis indubie fiduciam ſingularem, ipſos & quemlibet eorum in ſolidum, ita quod non ſit melior conditio occupantis, ſed quod per unum inceptum fuerit, per alium finiri & licite terminari, omni jure, modo & forma, quibus melius & efficacius poſſumus ſeu valemus, noſtros veros & legittimos Procuratores & Nuncios ſpeciales facimus, conſtituimus & ordinamus ad tractandum ubilibet una cum aliis Conprincipibus & Coëlectoribus noſtris, tam Eccleſiaſticis quam Secularibus, & cum ipſis concordandum, conveniendum & concludendum de perſona quacunque habili & idonea in Regem Romañ eligenda, & ipſis tractatibus ſuper Electione talis perſone habendis, pro nobis loco & nomine noſtris intereſſendum, tractandum & deliberandum, nec non vice & nomine noſtris eandem perſonam nominandum & in ipſam conſentiendum, ac etiam in Regem Romañ promovendum, ad Sacrum Imperium eligendum, ac in animam noſtram preſtandum quodcunque juramentum neceſſarium debitum, ſeu conſuetum fuerit, circa premiſſa & quodlibet premiſſorum, alium vel alios procuratores in ſolidum ſubſtituendum & revocandum, & non omnia & ſingula faciendum, que in premiſſis, & circa premiſſa, etiam uſque ad conſummacionem tractatuum, nominacionis, deliberacionis & eleccionis hujuſmodi, de preſenti faciende neceſſaria aut utilia fuerint, ſeu etiam quomodolibet oportuna: etiamſi premiſſa, vel eorum quodlibet mandatum exigant ſpeciale, etiamſi majora, vel magis ſingularia fuerint ſupradictis, & que noſmet ipſi facere poſſemus, ſi hujuſmodi tractatui deliberacionis, nominacionis & electionis future negotiis preſentes & perſonaliter adeſſemus. Gratum & ratum habentes & habere volentes & nos perpetuo habituros firmiter promittentes, quicquid per ante dictos Procuratores ſeu Nuncios noſtros, nec non ſubſtitutos aut ſubſtituendos ab ipſis, ſeu eorum altero, in premiſſis ſeu premiſſorum quomodolibet, actum, geſtum, ſeu factum fuerit, aut quomodolibet ordinatum.

De unione Principatuum Electorum, & jurium eis connexorum.

CUm univerſi & ſinguli Principatus, quorum virtute ſeculares Principes Electores jus & vocem in electione Regis Romañ, in Ceſarem promovendi, obtinere noſcuntur, cum jure hujuſmodi, nec non officiis, dignitatibus & juribus aliis, eis & cuilibet eorum annexis & dependentibus ab eiſdem adeo conjuncti & inſeparabiliter ſint uniti, quod jus, vox, officium & dignitas, alia quoque jura ad quemlibet Principatuum eorundem ſpectantia, cadere

dere non possint in alium, preter illum qui Principatum ipsum cum terra, vasallagiis, feudis & dominio, ac ejus pertinentiis universis, dinoscitur possidere: Presenti Edicto Imperiali perpetuo valituro sanccimus, unumquemque Principatuum predictorum, cum jure & voce Electionis, ac officio, ceterisque omnibus dignitatibus, juribus & pertinenciis ad ipsum spectantibus, ita perseverare & esse debere unitum perpetuis temporibus indivisibiliter & conjunctum, quod possessor Principatus cujuslibet, etiam juris, vocis, officii, dignitatis & pertinenciarum omnium ad illum spectantium, quieta debeat ac libera possessione gaudere, ac Princeps Elector ab omnibus reputari, ipseque & nemo alius per ceteros Principes Electores ad Electionem & omnes actus alios, pro Sacri Imperii honore vel oportunitate gerendos, omni tempore assumi sine contradictione qualibet & admitti, nec aliquid premissorum ab altero, cum sint & esse debeant inseparabilia, dividi, vel ullo tempore debeat separari, aut in judicio, vel extra, divisim repeti valeant, aut evinci, vel etiam per sentenciam separari, nec aliquis unum sine alio impetens audiatur. Quod si per errorem vel alias auditus quis fuerit, aut processus, judicium, sentencia, vel aliquid hujuscemodi, contra presentem dispositionem nostram emanaverit, seu quomodolibet attemptari contigerit, hoc totum, & omnia ex hys & quolibet eorum sequentia eo ipso viribus non subsistant.

De ordine processionis inter Archiepiscopos.

QUoniam autem superius in principio Constitutionum nostrarum presentium, circa ordinem sessionis Ecclesiasticorum Principum Electorum in consilio & in mensa, & alias quociens Imperialem Curiam celebrari, seu Principes Electores deinceps cum Imperatore vel Rege Romañ congregari contigerit, sufficienter duximus providendum, super qua priscis audivimus temporibus pluries discrepatum: Expedire credimus eciam processionis & deambulationis inter eos ordinem diffinire. Quapropter hoc perpetuo Imperiali Edicto decernimus, ut quotienscunque in congregatione Imperatoris vel Regis Romañ, & Principum predictorum, Imperatore vel Rege ipso deambulante, insignia ante faciem suam portari contigerit, Archiepus Trevereñ in directa diametrali linea ante Imperatorem vel Regem transeat, illique soli medii inter eos ambulent, quos Imperialia vel Regalia continget Insignia deportare. Dum autem Imperator vel Rex absque Insigniis eisdem incesserit; Ex tunc idem Archiepus Imperatorem vel Regem prefato modo precedat, ita quod nemo penitus inter eos medius habeatur, aliis duobus Archiepis Electoribus loca sua juxta distinctionem Provinciarum suarum, circa sessionem superius declaratam, eciam circa processionem perpetuo servaturis.

De ordine processionis Principum Electorum, & per quos Insignia deportentur.

AD declarandum autem in Imperatoris vel Regis Romañ deambulantis presencia, processionis ordinem Principum Electorum, de quo supra fecimus mentionem, statuimus, ut quotienscunque in celebracione Imperialis Curie, Principes Electores cum Imperatore vel Rege Romañ in quibuscunque actibus vel solempnitatibus, processionaliter ambulare contigerit, & Imperialia vel Regalia debuerint insignia deportari, Dux Saxonie Imperialem seu Regalem ensem deferens Imperatorem seu Regem immediate precedat, & inter illum & Archiepiscopum Trevereñ medius habeatur: Comes vero Palatinus pomum Imperiale portans a latere dextro: & Marchio Brandemburgeñ sceptrum deferens a sinistro latere ipsius Ducis Saxonie linealiter gradiantur. Rex autem Boemie Imperatorem seu Regem ipsum immediate, nullo interveniente, sequatur.

De benedictionibus Archieporum in presentia Imperatoris.

QUociens insuper in Imperatoris vel Regis Romañ presencia Missarum solempnia celebrari, ac Maguntineñ, Trevereñ, & Colonieñ Archiepiscopos, vel duos ex eis adesse contigerit, in confessione, que ante Missam dici consuevit, ac in porrectione Evangelii osculandi & Pace post Agnus Dei portanda, nec non in benediccionibus post finita Missarum solempnia ac eciam ante mensam faciendis, & in graciis post cibum acceptum agendis, is inter eos ordo servetur, prout de ipsorum consilio duximus ordinandum, quod prima die hec omnia & singula a primo, secunda die a secundo, tertia vero a tertio peragantur. Primum autem vel secundum, seu tertium, hoc casu, secundum quod prius vel posterius quilibet eorum consecratus existit, debere intelligi declaramus. Et ut se invicem honore condigno & decenti preveniant & exemplum aliis prebeant invicem honorandi: Is, quem circa premissa ordo tetigerit, ad hec alterum connivencia & caritativa inclinacione invitet, & tunc demum ad premissa procedat seu quodlibet premissorum.

Infra scripte leges promulgate sunt in Curia Metensi per Dominum Karolum IV. Imperatorem Rom. & Boemie Regem Augustum, Anno Domini M CCC LVI. Assistentibus sibi omnibus Sac. Rom. Imperii Electoribus, Principibus & presentibus Dominis, Venerabili in Christo Patre, Domino Theodorico Episcopo Albanensi, Sancte Romane Ecclesie Cardinali, ac Carolo Regis Francie primogenito, Normandie Duce illustri ac Delfino VVienensi, in die Nativitatis Christi.

SI quis cum Principibus, Militibus vel privatis, seu quibuscumque personis, plebeis etiam, scelestam faccionem aut faccionis ipsius inierit sacramentum,

mentum, vel dederit, de nece Venerabilium & illuſtrium noſtrorum & Sacri Romani Imperii, tam Eccleſiaſticorum quam Secularium Principum Electorum, ſeu alterius eorundem: Nam & ipſi pars corporis noſtri ſunt. Eadem enim ſeveritate voluntatem ſceleris, qua effectum puniri jura voluerunt: Ipſe quidem, utpote Majeſtatis reus gladio feriatur, bonis ejus omnibus Fiſco noſtro addictis. Filii vero ejus, quibus vitam Imperiali ſpecialiter lenitate concedimus, paterno enim deberent perire ſupplicio, in quibus paterni, hoc eſt hereditarii criminis, metiuntur exempla, a materna vel avita, omni eciam proximorum hereditate & ſucceſſione, habeantur alieni: Teſtamentis aliorum nihil capiant, ſint perpetuo egentes & pauperes: Infamia eos paterna ſemper comitetur, ad nullum unquam honorem, nulla prorſus Sacramenta, perveniant: Sint poſtremo tales, ut hys perpetua egeſtate ſordentibus ſit & mors ſolacium & vita ſupplicium. Denique jubemus, eos eſſe notabiles ſine venia, qui pro talibus unquam apud nos intervenire attemptaverint. Ad filias ſane eorum, quolibet numero fuerint, Falcidiam tantum ex bonis matris, ſive teſtata ſive inteſtata defecerit, volumus pervenire, ut habeant mediocrem potius filie alimoniam quam integrum emolumentum, aut nomen heredis conſequantur. Mitior enim circa eas debet eſſe ſentencia, quas pro infirmitate ſexus minus auſuras eſſe confidimus. Emancipaciones quoque, que a predictis, ſive in filios, poſt legem duntaxat latam, ſive in filias fuerit collata, non valeat. Dotes, donationes quorumlibet, poſtremo item alienationes, quas ex eo tempore, qualibet fraude vel jure factas eſſe conſtiterit, quo primum memorati de ineunda faccione ac ſocietate cogitaverint, nullius ſtatuimus eſſe momenti. Uxores ſane predictorum, recuperata dote, ſi in ea conditione fuerint, ut que a viris titulo donacionis acceperunt, filiis debeant reſervare, tempore quo uſusfructus abſumitur, omnia ea fiſco noſtro ſe relicturas eſſe cognoſcant, que juxta legem filiis debebantur: Falcidia eciam, ex hys rebus filiabus tantum, non eciam filiis deputetur. Item quod de predictis eorumque filiis cavimus, eciam de ſatellitibus, conſciis ac miniſtris filiisque eorum ſimili ſeveritate cenſemus. Sane ſi quis ex hys in exordio inite faccionis, ſtudio vere laudis accenſus, ipſe prodiderit faccionem, & primo a nobis & honore donabitur. Is vero qui uſus fuerit faccione, ſi vel ſero, tamen incognita adhuc conſiliorum arcana patefecerit, abſolucione tamen ac venia dignus habebitur. Statuimus inſuper, ut ſi quid contra predictos Principes Electores, Eccleſiaſticos vel Seculares commiſſum dicatur, eciam poſt mortem rei id crimen inſtaurari poſſe. In hoc item crimine, quod ad leſam in Principibus Electoribus ſuis Majeſtatem pertinet, eciam in caput Domini ſervi torquentur.

Volumus inſuper ac preſenti Imperiali ſanccimus Edicto, ut eciam poſt

mortem nocentium hoc crimen inchoari possit, aut convicto mortuo memoria ejus dampnetur, & bona ejus successoribus ejus eripiantur. Nam ex quo sceleratissimum quis ceperit consilium, ex inde quodammodo sua mente punitus est. Porro ex quo quis tale crimen contraxit, neque alienare neque manumittere eum posse, nec ei solvere jure debitorem decernimus. In hac causa in caput Domini servos torqueri statuimus, id est propter causam faccionis dampnande contra Principes Electores Ecclesiasticos & Seculares, ut premittitur. Et si decesserit quis propter insertam personam successoris bona serventur, si in causa hujusmodi fuisse mortuus arguatur.

Si ceteros Principatus congruit in sua integritate servari, ut corroboretur justicia & subjecti fideles pace gaudeant & quiete: Multo magis magnifici Principatus, Dominia, Honores & Jura Electorum Principum debent illesa servari. Nam ubi majus incumbit periculum, majus debebit remedium adhiberi, ne columpnis ruentibus basis totius edificii collidatur. Decernimus igitur & hoc perpetuis temporibus valituro sanccimus Edicto, quod ex nunc inantea perpetuis futuris temporibus insignes & magnifici Principatus, videlicet Regnum Boemie, Comitatus Palatinus Reni, Ducatus Saxonie & Marchionatus Brandemburgeñ, terre, districtus, homagia, vasallagia & alia quevis ad ipsa spectantia, scindi, dividi seu quavis condicione dimembrari non debeant, sed ut potius in sua perfecta integritate perpetuo maneant. Primogenitus filius succedat in eis, sibique soli jus & dominium competat, nisi forsitan mente captus, fatuus seu alterius famosi & notabilis defectus existeret, propter quem non deberet seu posset hominibus principari. In quo casu inhibita sibi successione secundo genitum, si fuerit in ea progenie, seu alium seniorem fratrem, vel consanguinem laicum, qui paterno stipiti in descendenti recta linea proximior fuerit, volumus successurum. Qui tamen apud alios fratres & sorores se clementem & pium exhibebit continuo, juxta datam sibi a Deo gratiam & juxta suum beneplacitum & ipsius patrimonii facultates, divisione, scissione seu dimembracione Principatus & pertinenciarum ejus sibi modis omnibus interdicta.

Die qua solempnis Curia Imperialis vel Regia fuerit celebranda, veniant circa horam primam Principes Electores Ecclesiastici & Seculares ad domum habitationis Imperialis, sive Regalis, & ibi Imperator vel Rex ipse, omnibus Insigniis Imperialibus induetur, & ascensis equis omnes vadant cum Imperatore, vel Rege ad locum Sessionis aptate, & ibit quilibet eorum in ordine, & modo, supra in lege de ordine processionis ipsorum Principum Electorum plenius diffinito. Portabit eciam Archicancellarius, in cujus Archicancellariatu hec fuerint, super Baculo argento, omnia Sigilla & Typaria Imperialia sive Regalia. Seculares vero Principes Electores sceptrum,

pomum,

pomum, enſem, ſecundum quod ſuperius exprimitur, deportabunt. Portabuntur eciam immediate ante Archiepum Trevereñ, ſuo loco tranſeuntem, primo Aquiſgraneñ, ſecundo Mediolaneñ corona: & hoc ante Imperatorem duntaxat, qui jam Imperialibus eſt infulis decoratus, quas geſtabunt aliqui Principes inferiores, ad hoc per Imperatorem juxta placitum deputandi.

Imperatrix eciam vel Regina Romañ ſuis auguſtalibus amicta inſigniis, poſt Regem vel Imperatorem Romañ, & eciam poſt Regem Boem̃, qui Imperatorem immediate ſubſequitur, competentis ſpacii intervallo, ſuis aſſociata Proceribus ſuisque comitata Virginibus, ad locum ſeſſionis procedat.

De officiis Principum Electorum in ſolempnibus Curiis Imperatorum vel Regum Roman̄.

STatuimus, ut quandocumque Imperator vel Rex Romañ ſolempnes Curias ſuas celebraverit, in quibus Principes Electores ſua deſervire ſeu exercere debent officia, ſubſcriptus in hys ordo ſervetur. Primo enim, Imperatore vel Rege ipſo in ſede Regia ſive Solio Imperiali ſedente, Dux Saxonie officium ſuum agat hoc modo. Ponetur enim ante edificium ſeſſionis Imperialis vel Regie, acervus avene tante altitudinis, quod pertingat uſque ad pectus, vel antelam equi, ſuper quo ſedebit ipſe Dux, & habebit in manu baculum argenteum, & menſuram argenteam, que ſimul faciant in pondere duodecim marcas argenti, & ſedens ſuper equo, primo menſuram eandem de avena plenam accipiet & famulo primitus venienti miniſtrabit eandem. Quo facto, figendo baculum in avenam recedet, & Vicemareſcallus ejus, puta de Pappenheim, accedat, vel eo abſente Mareſcallus Curie ulterius avenam ipſam diſtribuet.

Ingreſſo vero Imperatore vel Rege, ad menſam, Principes Electores Eccleſiaſtici, videlicet Archiepiſcopi, ſtantes ante menſam cum ceteris Prelatis, benedicent eandem, ſecundum ordinem, qui circa hec eis in ſuperioribus eſt preſcriptus, & benedictione completa, iidem Archiepiſcopi omnes, ſi adſunt, alioquin duo, vel unus, Sigilla & Typaria Imperialia ſive Regalia a Cancellario Curie recipient, eoque, in cujus Archicancellariatu Curiam ipſam celebrari continget, in medio procedente, & aliis duobus ex alterutro latere ſibi junctis, Sigilla & Typaria ipſa, omnes quidem baculum, in quo ſuſpenſa fuerint, manibus contingentes, ea portabunt, & ante Imperatorem vel Regem reverenter ponant in menſa. Imperator vero, ſive Rex, eadem ipſis ſtatim reſtituet, & in cujus Archicancellariatu hoc fuerit, ut prefertur, is majus Sigillum collo appenſum uſque ad finem menſe geſtabit, & deinceps donec ad hoſpicium ſuum perveniat ab Imperiali, ſive Regali Curia

equitando. Baculus vero, de quo premittitur, esse debebit argenteus, duodecim marcas argenti habens in pondere: cujus tam argenti quam pretii partem terciam unusquisque Archieporum ipsorum persolvet. Et baculus ipse protinus una cum Sigillis & Typariis debet Cancellario Imperialis Curie assignari in usus suos beneplacitos convertendos. Postquam autem is, quem ordo tetigerit, portando Sigillum majus ab Imperiali Curia ad hospitium suum redierit, ut prefertur, statim Sigillum ipsum, per aliquem de suis familiaribus, predicto Imperialis Curie Cancellario remittet super equo, quem juxta proprie dignitatis decenciam & amorem, quem ad Cancellarium Curie gesserit, ipsi Cancellario tenebitur elargiri.

Deinde Marchio Brandemburgeñ Archicamerarius, accedat super equo, habens argenteas pelves cum aqua in manibus, ponderis duodecim marcarum argenti, & pulcrum manutergium, & descendens ab equo dabit aquam Domino Imperatori vel Regi Romañ manibus abluendis.

Comes Palatinus Reni intrabit similiter super equo, habens in manibus quatuor scutellas argenteas, cibis impletas, quarum quelibet tres marcas habeat in statera, & descendens ab equo portabit & ponet ante Imperatorem vel Regem in mensa.

Post hoc Rex Boemie, Archipincerna, veniat similiter super equo, portans in manibus Cuppam seu cifum argenteum, ponderis duodecim marcarum, coopertum, vino & aqua permixtum impletum, & descendens de equo, cifum ipsum Imperatori vel Regi Romañ porriget ad bibendum.

Sicut autem hactenus observatum fuisse comperimus, ita statuimus, ut peractis per Principes Electores Seculares predictis eorum officiis, ille de Falkenstein Subcamerarius equum & pelves Marchionis Brandemburgeñ pro se recipiat. Magister Coquine de Nortemberg equum & scutellas Comitis Palatini: Vicepincerna de Limburg, equum & cifum Regis Boemie: Vicemarescallus de Pappenheim equum, baculum & mensuram predictam Ducis Saxonie. Si tamen ipsi in Curia Imperiali seu Regali tali presentes existant, & eorum quilibet in officio suo ministret. Si vero ipsi, vel eorum aliqui a prefata Curia se duxerint absentandos: ex tunc Imperialis & Regalis Curie cottidiani ministri, vice absentium, puta quilibet in loco ejus absentis, cui in vocabulo, seu officio communicat, sicut geret officium, sic tollat in premissis & fructum.

Imperialis insuper mensa vel Regia sic debet aptari, ut ultra alias aule tabulas sive mensas in altitudine sex pedum sit altius elevata, in qua preter Imperatorem Romañ duntaxat, vel Regem, die solempnis Curie nemo penitus collocetur. Sedes vero & mensa Imperatricis sive Regine parabitur in aula ita, quod ipsa mensa tribus pedibus Imperiali sive Regali mensa sit

bassior, & totidem pedibus eminencior supra sedes Principum Electorum, qui Principes suas inter se in una eademque altitudine sedes habebunt & mensas. Infra Sessionem Imperialem mense pro septem Principibus Electoribus Ecclesiasticis & Secularibus preparentur, tres videlicet a dextris, & tres alie a sinistris, & septima directe versus faciem Imperatoris vel Regis, sicut superius in capitulo de sessionibus & ordine Principum Electorum per nos est clarius diffinitum; ita eciam quod nullus alius, cujuscumque dignitatis vel status existat, sedeat inter ipsos, vel ad mensas eorum. Non liceat autem alicui predictorum secularium Principum Electorum, peracto officii sui debito, se locare ad mensam sibi paratam, donec alicui suorum Conprincipum Electorum ejus officium restat agendum. Sed cum aliquis eorum vel aliqui ministerium suum expleverint, ad preparatas sibi mensas transeant, & juxta illas stando expectent, donec ceteri ministeria sua expleverint supradicta, & tunc demum omnes & singuli pariter ad mensas sibi paratas se locabunt.

Invenimus eciam ex clarissimis relatibus & tradicionibus antiquorum, illud a tempore, cujus contrarii jam non habetur memoria, per eos, qui nos precesserunt feliciter, esse jugiter observatum, ut Regis Romañ futuri Imperatoris in Civitate Frankenfordie celebraretur Eleccio, & prima Coronacio Aquisgrani, & in oppido Nurnberg prima sua Regalis Curia haberetur. Quapropter certis ex causis eciam futuris premissa servari debere temporibus declaramus, nisi premissis omnibus, seu eorum alicui, impedimentum legittimum obviaret.

Quandocunque insuper aliquis Princeps Elector Ecclesiasticus vel eciam Secularis justo impedimento detentus, ad Imperialem Curiam vocatus venire non valens, Nuncium vel Procuratorem, cujuscunque dignitatis vel status transmiserit, missus ipse, licet loco mittentis juxta datum sibi ab eo mandatum admitti debeat, in mensa tamen vel sede, que illi qui ipsum transmittit deputata fuit, non sedebit.

Preterea consummatis hys que in Imperiali qualibet curia sive Regali fuerint pro tempore disponenda, recipiet Magister curie pro se totum edificium, seu ligneum apparatum Imperialis sive Regie sessionis ubi sederit Imperator vel Rex Romañ cum Principibus Electoribus ad celebrandas solempnes curias & feuda, sicut permittitur, Principibus conferenda.

Decernimus hoc Imperiali Edicto, ut Principes Electores ecclesiastici & seculares, dum feuda sua sive regalia ab Imperatore vel Rege recipiunt, ad dandum vel solvendum aliquid nulli penitus sint astricti. Nam pecunia, que tali pretextu persolvitur, officiatis debetur. Cum ergo ipsi Principes Electores cunctis Imperialis Curie presint officiis, suos eciam habentes in

officiis hujusmodi substitutos, datos ad hoc a Romanis Principibus & dotatos, videretur absurdum, quod substituti Officiales a suis superioribus quocunque quesito colore exenia postularent: nisi forte ipsi Principes Electores sponte & liberaliter hys aliquid largirentur. Porro ceteri Principes Imperii Ecclesiastici vel Seculares, dum predicto modo eorum aliquis feuda sua ab Imperatore Romañ suscipit vel a Rege, dabit Officialibus Imperialis sive Regalis Curie sexaginta tres marcas argenti cum uno fertone, nisi eorum aliquis privilegio seu indulto Imperiali vel Regali tueri se posset, & probare, se solutum vel exemptum a talibus aut eciam aliis quibuscumque, que solvi in suscepcione feudorum hujusmodi consuevissent. Predictarum insuper sexaginta trium marcarum & fertonis divisionem faciet Magister Curie Imperialis sive Regalis, hoc modo: Primo enim decem marcas pro semetipso reservans dabit Cancellario Imperialis sive Regalis Curie decem marcas: Magistris, Notariis, Dictatoribus, tres marcas, & Sigillatori pro cera & pergameno unum fertonem, ita videlicet : quod Cancellarius & Notarii, Principi recipienti feudum, non ad aliud quam ad dandum sibi testimonialem recepti feudi, seu simplicis investiture litteram, sint astricti. Item dabit Magister Curie Pincerne de Limburg de prefata pecunia decem marcas, Magistro Coquine de Nortemberg decem marcas, Vicemarescallo de Pappenheim decem marcas, & Camerario de Falkenstein decem marcas: Tali tamen condicione, si ipsi & eorum quilibet in hujusmodi Curiis solempnibus presentialiter assunt in suis officiis ministrando. Si vero ipsi, vel aliqui eorum absentes fuerint, ex tunc officiales Imperialis sive Regalis Curie, qui talibus presunt officiis, eorum, quorum supplent absenciam, singuli singulorum, sicut vicem, nomenque & laborem sufferunt, sic lucrum & commoda reportabunt.

Dum autem Princeps aliquis equo vel alteri bestie insidens feuda sua ab Imperatore recipit, vel Rege, equus ille seu bestia, cujuscumque speciei sit, debetur superiori Marescallo, id est Duci Saxoñ, si presens affuerit. Alioquin illi de Pappenheim, ejus ViceMarescallo, aut illo absente Imperialis sive Regalis Curie Marescallo.

Cum Sacri Romañ Celsitudo Imperii, diversarum nacionum moribus, vita & ydiomate distinctarum leges habeat, & gubernacula moderari, dignum est & cunctorum sapientium judicio censetur expediens, quod Electores Principes, ipsius Imperii columpne & latera, diversorum ydiomatum & linguarum differenciis instruantur, ut plures intelligant & intelligantur a pluribus, qui plurimorum necessitatibus revelandis Cesaree Sublimitati assistunt, in partem solicitudinis constituti. Quapropter statuimus, ut illustrium Principum, puta Regis Boemie, Comitis Palatini Reni, Ducis

Saxo-

Saxonie, & Marchionis Brandemburgeñ, Electorum filii, vel heredes, & successores, cum verisimiliter Teutunicum ydioma sibi naturaliter inditum scire presumantur, & ab infancia didicisse, incipiendo a septimo etatis sue anno, in Grammatica, Italica & Slavica linguis instruantur; Ita quod infra 14 etatis annum existant in talibus juxta datam sibi a Deo graciam eruditi; cum illud non solum utile, imo ex causis premissis summe necessarium habeatur, eo quod ille lingue ut plurimum ad usum & utilitatem sacri Imperii frequentari sint solite, & in hys plus ardua ipsius Imperii negocia ventilentur. Hunc autem proficiendi modum in premissis posuimus observandum, ut relinquatur optioni parentum in filios suos, si quos habuerint, seu proximos, quos in Principatibus sibi credunt verisimiliter successuros, ad loca sua dirigant, in quibus de hujusmodi linguagiis possint edoceri, vel in propriis domibus pedagogos, instructores & pueros consocios in hys peritos eis adjungant, quorum conversacione pariter & doctrina in linguis ipsis valeant erudiri.



HENRICUS GÜNTERUS THÜLEMARIUS

L. S. D.

H*Abes heic* AVREÆ BVLLÆ *Copiam originali Francofurtensi per omnia congruentem, quam hinc Francofurtum abiens* d. 13. ac seqq. Sept. anni 1681 *in Curia (quam Germ. Römer dicunt) præsente Amplissimi Senatus Archivario, Nobilissimo Domino Lto. Rasore, magnâ curâ confeci. Et ut tibi magis ob oculos ponerem hanc cum Authentico isto in minutissimis etiam concordare, distinctiones & orthographiam ubique retinui, quod Tibi innotescet ex vocibus:* indiccione, Xpianum, eciam, solempnis, ammodo, benediccio, quandocumque, dinoscitur, hys, absolucione, redditus, legittimus, attemptaverint, Maguntineñ, dumtaxat, Boem̃, Trevereñ, columpnis, Brandenburgeñ, mencio, emunitatibus, faccionis, Colonieñ, Romañ, quociens, sentencia, littera, Archiep̃us, *aliisque, imò etiam vitia (qualia sunt* cap. 2. pag. 12. lin. 3. *mundum* pro *modum* cap. 24. pag. 29. lin. 8. *metiuntur* pro *metuuntur* pag. 29. lin. 32. *primo* pro *premio*) manere passus sum. *Quoniam etiam in dicto Originali nulla diphthongus* æ *vel* œ *reperitur, ideo non miraberis, si heic pro* curiæ & Cæsareæ *semper leges* curie & Cesaree, *pro* pœna *offendes* pena *&c. &c. Capita quoque quia non omnia in Autographo isto numeros adscriptos habent, hinc in Apographo hoc idem observavi. Denique non Te turbabit, quod licet quoad rubricas* viginti & quinque *sint Aureæ Bullæ* Capita, *in fronte tamen heic tantum XXI. Capitum syllabum videas, si consideraveris idem in sæpe memorato Originali Francofurtensi occurrere. Ne verò ullus Tibi circa dicta scrupulus maneat, en! supra laudati Domini* Archivarii Francofurtani, *quod subjicimus,* testimonium. *Tu H. L. laborem nostrum hac in parte adhibitum æqui boniq́ue consule, atque certè confide, hoc, quod nunc edimus, esse accuratissimum & Originali Francofurtensi convenientissimum omnium, quæ unquam prodierunt,* Aureæ Bullæ *exemplar. Faciem grandiusculi sigilli aurei authenticæ huic Caroli IV. Sanctioni adpensi ut melius cognoscas, illud à pictore summâ diligentiâ depictum ærique incisum aversæ Tituli paginæ imprimi curavi. Vale. Scrib. in* Academia Heidelbergensi *Mense Febr. anno* Χριστογονίας *1682.*

Bene-

Benevolo Lectori

Salutem Plurimam dicit

HERMANNUS CHRISTIANUS RASOR

J.U. Lic. Inclytæ Reip. Mœno - Francofurtensis Archivarius.

PAlam hâc meâ allocutione admonendus es, quod cùm Excellentissimus Dominus *Thülemarius* AUREAM BULLAM à Gloriosissimo Imperatore CAROLO IV Electoribus & Statibus Imperii reliquis adsidentibus conditam denuo prelo submittere sibi proponeret, nihil magis in votis habuerit quàm ut præsentem editionem adhibita in emendandis erroribus vetustitatis solertiâ vero suo *Authentico*, jam per aliquot Seculorum spacium in inclyta Francofurtensium Republica fideliter asservato, conformem & correspondentem redderet, cujus itaque voti postquam indultu Nobilissimi atque Perstrenui Domini Consulis Senioris ibidem nuperis autumnalibus nundinis particeps factus, non solum *Authenticum* dictæ *Bullæ* coram intuitus est, sed etiam, me officii ratione præsente, utriusque operâ factum, ut nunc præsens copia vero Sigillato Originali, habitâ diligenti Collatione, concordet atque ad verbum respondeat. Quod ego in rei fidem atque testimonium publicâ hâc confessione, etiam atque etiam id expetente prælaudato Domino Editore, agnosco atque profiteor, insuperque de opere hoc bene atque laudabiliter suscepto finemque optatum sine dubio assecuturo, animitus congratulor. Datum Francofurti 9. Februarii 1682.

ΠΡΟΣΦΩΝΗΣΙΣ
ad
Exactiſſimum AUREÆ BULLÆ
Editorem.

Non Deus obſtat, abi; nitido radiantia villo
vellera cum Minyis pete, ſicut clarus Jaſon:
Nam juvat & Rhenum Pegaſæa puppe ſecare,
nec culpanda ratis, rapidas per Phaſidos undas
quæ Regem acceſſit, Phryxeáque vellera poſcens
ad facinus molita vias fuit: Inclute Nauta,
accedis Regem Carolum, quò divite præda
non Peloponneſum Tua virtus occupet; ipſum
ſed Themidis regnum teneat, ſub fronte ſerena.
Remorum aſſurget ſtudio Parnaſſia pubes,
Te ſalvere jubens; legum victrixque carina
quàm varios edet plauſus, quæ gaudia mentis
frontis oliva dabit? nec rugas cordis in ullo,
nec mendicatum vultum, faciémve doloſam
Invidiæ metues: quid enim commiſit Jaſon
Noſter? an auricomo ſpoliatis vellere Colchis
Prædo potens pœnas, vel laudes jure meretur
Occidat ingratus, Siculo latretque profundo
Scylla rapax! redamans, gremioque in Jaſonis hærens
Dia Themis ſequitur. Quondam mea pectora movit,
his ut verſiculis nomen teſtarer amici:

* * *

Poſthac nec † *refluo circumſona gurgite THULE*
nec gravis ille * *dies MARIUS quo mœnia victor*
corripuit, noſtrum dirimet, vel vincet amorem!

† *Stat. lib. V Sylv. I. verſ. 91.*
* *Lucan. lib. II. verſ 99.*

ſcrib. *Norimbergæ*

CHRISTOPH. ARNOLDUS
Hiſt. Orat. Poëſ. & Gr. Ling. P.P.

)o(

COPIA
MANUSCRIPTI
AUREÆ BULLÆ
CAROLI IV ROM. IMP.
QUOD

in Augustissima *Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi* invenitur, atque anno Christ. 1400 jussu WENCESLAI IMP. confectum, multisque imaginibus pulcherrimè pictis & inauratis exornatum, hîc *iisdem figuris affabrè æri incisis* exhibetur

Curante
HENRICO GÜNTERO
THÜLEMARIO.

Anno M DC XCVII.



HENRICUS GÜNTERUS THÜLEMARIUS

Lectori Benevolo

χαίρειν καὶ εὖ πράττειν.

Cùm ante triennium Viennæ Augustissimam Bibliothecam Cæsaream, immensâ librorum MStorum & impressorum copiâ conspicuam, iterum lustrarem, & Ejus novam elegantemque structuram, nec non concinnam codicum omnium collocationem, curâ & diligentiâ illustris Domini *Danielis de Nessel* S. Cæsar. Maj. Consiliarii & Bibliothecarii aulici factam, mirarer, per Illius benevolentiam adhuc semel inspexi *Volumen membranaceum* Aureæ Bullæ Carolinæ, jussu Imper. Wenceslai anno 1400 exaratum, & *multis coloratis inauratisque picturis ac iconibus exornatum.* Interrogavi tunc Virum Humanissimum, annon Copiam elegantissimi istius MSti, quam Amplissimus Ejus in munere prædecessor Petrus Lambecius *in catalogo libror. à se editor. pag.* 55 promisisset, evulgare, & tot curiosorum hominum desiderio satisfacere vellet, aut posset? Postquam verò respondisset id sibi quidem in animo fuisse, sed varias occupationes & alia obstacula conatus illos impedivisse, obtuli meam operam & industriam ad editionem. Et cùm Eum hâc in re nec difficilem nec invidum expertus essem, posteà non solùm Ipsius consensum, sed & per Ejus commendationem à S. CÆS. MAJ. LEOPOLDO MAGNO ad preces meas humillimas clementissimam rarissimi istius MSti publicandi, & id eum in finem Francofurtum mecum sumendi licentiam (quod humillimâ & æternùm devotissimâ mente hîc commemoro, & ad bustum usque celebrabo) impetravi. Illuc reversus, manum quidem operi admovi, sed pro-

pter tarditatem pictoris atque cælatorum, & moras typographorum, nec non catenatos meos labores, ac multam & quandoque diuturnam Reipubl. causâ absentiam illud non adeò celeriter, ut speraveram, perficere potui. Ut autem apographum meum, quod heic L. B. vides, autographo Wenceslaino in omnibus, etiam minutissimis apicibus, congrueret, sedulò allaboravi, hinc in textu integro non solum orthographiam atque distinctiones, sed & vitia descriptoris retinui, ac jussi, ut typotheta singulis paginis tot saltem lineas, & in his non plures nec pauciores voces & literas, poneret, quàm in dicto originali conspiciuntur. Curavi quoque, ut omnes literæ paginæ primæ, cunctæque picturæ ac imagines, à pictore circino dimensæ & accuratissimè delineatæ, æri insculperentur, debitisque paginis & locis insererentur. Et ut Codicis istius descriptionem demus, sciendum est illum esse membranaceum, in folio, ut vocant, regali. Constat ex 46 foliis. Omnium Capitum inscriptiones minio splendent. In primæ paginæ fronte in litera O depicta videtur fascia illa cœrulea, quam postea Imp. Wenceslaus balneatoribus pro insigni dedit peculiari diplomate, cujus contenta *supra* leguntur in *tract. de bullis c.* 10. *n.* 9. In ejusdem verò paginæ calce nomen Imper. Wenceslai unicâ colorum cœrulei & albi literâ W notatum, in qua Ipse sedet tanquam in carcere Pragensi, manus atque pedes cippo inclusos habens, aliquoties ibi etiam videtur balneatrix Susanna, quæ Ipsum nudum lintre ad alteram Muldauæ ripam transvexit, sicque durissimâ & ignominiosâ captivitate inopinatè liberavit, & eapropter ab Eo justæ uxoris loco (uti Balbinus *lib.* 4. *epit. rer. Bohem. cap.* 1. observavit) habita fuisse dicitur. Indubitatum autem est quòd Wenceslaus hanc picturam confici curaverit in memoriam suæ captivitatis & liberatricis mulierculæ, qua de re non pigebit audire Johannem Dubravium *histor. Bohem. lib.* 23 *p. m.* 606 *seqq.* ita scribentem: *Adeò* (Wenceslaus Imp.) *naturâ ferus & sanguinarius, ut assiduum penes se carnificem haberet, quem vulgari vocabulo compatrem familiariter appellabat, quia filium ejus de fonte sacro levavit: & tam proximum sibi adhibuit, ut aliquoties uno eodemque equo secum vehi illum passus fuerit, desilientemque rapi ad pœnas, quos jusserat, spectaverit. Nulli interim Ordini satis fidens, & nunc Bohemos Germanis, nunc rursus Germanos Bohemis anteferens, Pragæ præsertim, in qua paucos in senatu Bohemos reliquit. Ac postremo nec arci Vicegradensi salutem suam valde credere voluit, perturbatus tumultu à plebe contra Judæos excitato, quem Rex cum omnibus suis nullo modo sedare potuit. Seorsum igitur à Praga spatio unius milliaris, novam sibi arcem vocabulo Cunratice bene firmam ædificavit, ad quam in quovis plebis urbanæ motu, tanquam ad asylum excurrere posset, sed non*

minus

minus sibi cavent, qui timent, quam is qui timeri vult, & sæpe multi prævalent adversus unum, quemadmodum in Venceslao tunc usu venit, qui quantumvis sibi cautus esse videbatur, tamen à suis captus est, qui in illum, tam ex plebe, quam Nobilitate conspiraverant, cæde recenti irritati, qua pridie duos cives Pragenses, & duos ex procerum ordine, Girossium, & Hroskam, occidi gladio jussit. Captum igitur, quod nulli unquam Regum ante contigit, in carcerem publicum, in quem supplicio afficiendi passim conjiciebantur, detruserunt, & menses ibi quatuor in fœtore & squalore miseris modis habuerunt. Exoratus deinde multis Regis sui precibus senatus Pragensis, ut loco illo tantisper ei egredi, dum illuviem & sordes balnei lavacro elueret, liceret: deducendum eum in servili habitu quatuor publicis custodibus ad balneum juxta Vultaviam in veteri Praga positum, commiserunt, ita ut duo ex illis simul lavarent, & duo vestes observarent quas exuerat. Morem hunc Bohemi in Balneis retinent, ut viri, juxta ac fœminæ in illis omnia ministeria obeant, aquam suppeditent, capita lavent, corpora defricent. Harum una adlubescente, ut sermone saltem ejus perfrui posset, diutius calore balnei torrebatur, secedensque refrigerandi causa extra hypocaustum, conspicatur lemnunculum piscatorium cum remo in ripa vacuum, & mulierem interrogat, an remigare tantum sciret, quantum remigio ad trajiciendum in alteram ripam opus esset? Qua annuente, abdit se in lembum, ac repentè ab oculis custodum elabitur, venitque per devia nudus cum nuda ad novam illam suam arcem, Præfecto arcis multum admirante Domini sui fortunam. Jubet ille vestes promi, cœnamque parari, ac statim centum aureos nummos sibi afferri, quos Susannæ (sic enim mulier vocabatur) nauli nomine in manus tradit, illamque non ad mensam solùm, verum etiam ad lectum sibi adjungit. Inde haud multò secus post carcerem efferatus, atque efferari solent indomitæ feræ caveis inclusæ, non tractari, non demulceri, non alloquio, nisi unius Susannæ molliri facilis, donec in arcem, quam Bohemi Ziebrack dicunt, longius à Praga distantem, eoque metu Pragensium magis liberam, concederet. Ibi epulare convivium instauratum, & scena crudelitatis renovata, dum rursus per compatrem suum carnificinam exercet in eos, quos suspectos vel invisos habuit.

 Per-

Pervenit dictus elegantissimus Aureæ Bullæ Codex MStus, teste Lambecio *lib. 2 comment. de august. biblioth. Cæs. lib.* 2.*c.* 8, ad Wenceslai fratrem Imperatorem Sigismundum, ab Hoc ad Ejus generum Albertum 2 Imperatorem, & post Illius mortem in potestatem Friderici Imperatoris, Maximiliani I patris, qui illum in pretio habuit, ceu apparet ex involucro nigro coriaceo, quod utrinque extrinsecus insignitum est ordinario Ipsius symbolo ænigmatico quinque literarum vocalium, cum subjuncto anno Christi 1441, hoc modo:



Obiter hîc moneo: Imperatorem Fridericum hujus symboli ænigmatici primum fuisse inventorem, utpote qui in principio *Diarii vitæ suæ MSti* (quod mihi in supra laudata Augustissima Bibliotheca aliquoties ad legendum exhibuit Excell. Nesselius, Fautor meus æstimatissimus) ejus meminit verbis sequentibus:

Bey welchem bau, oder auff welchem Silbergeschir, oder andern Klainoten, der strich und die funff buechstaben stehen, das ist mein Herzog Fridrichs des jungern gewesen, oder ich hab dasselbig bauen oder machen lassen.

id est:

id est:

Quo in ædificio, quâve in ſuppellectili argentea, quibusve aliis in cimeliis, linea hæc & hæ quinque literæ extant, ea ad me Ducem Fridericum Juniorem pertinuerunt, aut Ego extruenda ea vel facienda curavi.

Vera autem & genuina Symboli hujus explicatio, quæ eâdem Ipſius Friderici Imp. manu, tàm Latinè quàm Germanicè ibidem adſcripta legitur, eſt hæc:

AUSTRIÆ EST IMPERARE ORBI VNIVERSO.

ALLES ERDREICH IST OSTERREICH VNTERTHAN.

vid. Lamb. *Diar. itiner. ſac. Cell. pag.* 18. qui antecedentibus duabus octo & triginta ſuppoſititias curioſorum nonnullorum ingeniorum expoſitiones recenſuit & rejecit.


De cætero: non ſilendum eſt quod in eodem involucro coriaceo, dicto ſymbolo Friderici Imp. ænigmatico utrinque inſignito, reperiatur quoque Authoris cujusdam anonymi, natione Itali, qui ſe abbreviatè *B. de A.* nominat, *Tractatus* membranæ inſcriptus *de Expeditione Imperatoria in Italiam rectè inſtituenda & feliciter conficienda*, compoſitus anno Chriſti 1376, quo Carolo 4 Imp. ſuadet, ut poſt filii ſui Wenceslai in Regem Rom. electionem & coronationem ſuſcipiat expeditionem in Italiam ad ſedandas inteſtinas ejusdem diſcordias & reprimendam præcipuè eorum inſolentiam, qui in Hetruria non ſolùm Rom. Imperii, ſed etiam Pontificis ſummi ditiones violenter invaſerant, ſimul quoque modum indicat, quo ea res bene inchoari & feliciter perfici poſſit. Huic Tractatui annexa eſt membranæ inſcripta *ſtatus ann.* 1376 *Hetruriæ Notitia*, quâ indicatur quænam Civitates & Caſtra tunc temporis ibi fuerint ſocietate & fœdere ſibi invicem conjuncta contra Imperatorem Romanum & Imperium, atque è contrario, quænam Civitates & Caſtra debitam Illis ſervaverint fidem, & licet ab aliis occupata, jure tamen ad Romani Imperii adhuc pertinuerint dominium. De utroque hoc ſcri-

ſcripto plura legi poſſunt in Lambecii *lib.* 2 *Commentar. de Auguſtiſſ. bibliotb. Cæſar. pag.* 817 *& ſeqq.* Vale C. L. & mihi fave!

Scrib. Menſe Majo anno 1697.



Incipit


ncipit aurea bul
la imperialium con
stitutionum· et pri
mo inuocacio ad sum
mum creatorem· O·
mnip
otens
eterne
deus
spes
uni
ca mundi· Qui celi
fabricator ades
conditor orbis· Tu po
puli memor esto tu
i sic mitis ab alto
prospice ne gressum
faciat ubi regnat e
rinis· Imperat alle
to leges dictante me
gera· Sed potius u
tute tua quem dili
gis huius· Cesaris
insignis karoli de
us alme ministra

Ut valeat ductore
pio per amena vire
ta· Florentum scē
nemorum sedesque
beatas· Ad latices
intrare pios ubi se
mina vite· Diuinis
animantur aquis
a fonte superno· Ferti
licata seges spinis
mundatur adem
tis· Ut messis que
at esse dei meritoque
futuri· Maxima cē
tenum cumulare
per horrea fructum

Iuxta originale sculptum apud N. Person Moguntiæ 1697.

In lucem editum impensis Ioís Melchioris Bencard Francofurti.

patuum electorum & jurium eis connexorum.

De ordine processionis inter archiepiscopos. Cap. I.



n nomine sancte & indiuidve trinitatis feliciter amen Karolus quartus diuina fauente clemencia Romanorum imperator semper augustus & boemie rex. Ad perpetuam rei memoriam Omne regnum in se diuisum desolabitur. Nam principes ejus facti sunt socii furum ob quod Dominus miscuit in medio eorum spiritum vertiginis ut palpent in meridie sicut in tenebris & candelabra eorum mouit de loco suo ut ceci sint & duces cecorum. et qui ambulant in tenebris offendunt & ceci mente scelera



perpetrant que in diuisione contingunt. Dic superbia quomodo in lucifero regnasses

ſi diuiſionem auxiliatricem non habuiſſes. Dic Sathan inuidie, quomodo adam de paradiſo ejeciſſes niſi eum ab obedientia diuiſiſſes Dic luxuria quomodo trojam deſtruxiſſes niſi helenam a viro ſuo diuiſiſſes. Dic terra quomodo romanam rempublicam deſtruxiſſes niſi in diuiſione pompejum iulium ſeuientibus gladiis ad inteſtina prelia concitaſſes Tu quidem inuidia xpianum imperium a deo ad inſtar ſancte & indiuidue trinitatis fide ſpe & caritate virtutibus theologicis roboratum cujus fundamentum ſuper xpiſtianisſimo regno feliciter ſtabilitur antiquo veneno velut ſerpens in palmites imperiales & membra propinquiora imperio ſcelere vomuiſti. Ut concusſis columpnis totum edificium ruine ſubjiceres. Diviſionem inter ſeptem electores ſacri imperii per quos velut ſeptem candelabra lucentia in unitate ſpiritus ſeptiformis ſacrum illuminari debet imperium multoties poſuiſti. Sane cum ex officio quo ceſarea dignitate potimur futuris diui-

ſionum & diſſenſionum periculis inter electores ipſos de quorũ numero ut rex boemie eſſe dinoſcimur racione duplici tam ex imperio quam eleccionis jure quo fungimur occurrere teneamur. ſequitur: Infra ſcriptas Leges ad vnitatem inter electores fouendam & eleccionem unanimem inducendam ac deteſtande divisioni predicte variisque periculis ex ea ſequentibus aditum precludendum inſollempni curia noſtra Nuerinbergenſi asſidentibus nobis omnibus principibus electoribus eccleſiaſticis & ſecularibus ac aliorum principum comitum baronum procerum nobilium & ciuitatum multitudine numeroſa, in ſolio maieſtatis



ceſaree Imperialibus infulis inſigniis & diademate decorati matura deliberatione previa de Imperialis poteſtatis plenitudine edidimus ſtatuimus & duximus ſancci-

endas. ſub anno domini milleſimo trecenteſimo quinquageſimo ſexto. Indiccione nona. quarto idus janvarii Regnorum noſtror. anno decimo Imperii vero primo. 1.

Qualis eſſe debeat Conductus Electorum & a quibus.

DEcernimus & preſenti edicto imperiali perpetuo valituro ſanccimus ex certa ſcientia & de imperialis plenitudine poteſtatis ut quociescunq; futuris temporibus neceſſitas ſive caſus eleccionis regis romanorum in imperatorem promouendum emerſerit & principes electores ad eleccionem hujus juxta antiquam laudabilem conſuetudinem habuerint proficiſci unusquisque princeps elector ſi & quando ſuper hoc fuerit requiſitus quoslibet principes coelectores ſuos vel ipſorum nuncios quos ad electionem ipſam transmiſerit per terras territoria & loca ſua & eciam ultra ſicut longius poterit conducere teneatur ut eis absque dolo preſtare conductum verſus ciuitatem in qua talis eleccio fuit celebranda

& ab illa eciam redeundo ſub pena perjurii & perdicionis pro illa duntaxat vice ſue vocis quam in eleccione hujusmodi fuerat habiturus. Quas quidem penas eos vel eum qui in preſtando memorato conductu rebellem ſeu rebelles negligentes ſeu negligentem ſe prebuerint eo ipſo decernimus incidiſſe. Statuimus inſuper & mandamus univerſis aliis principibus feuda a ſacro romano imperio tenentibus quocunque nomine cenſeantur nec non comitibus baronibus militibus clientibus nobilibus & ignobilibus ciuibus & communitatibus caſtrorum ciuitatum & locorum ſacri imperii univerſis ut eodem tempore dum videlicet regis Romanorum in imperatorem promouendum eleccio celebranda occurrerit vnumquemque principem electorem ab eis vel eorum aliquo conductum hujusmodi poſtulantem vel ejusdem nuncios quos ad eleccionem ipſam direxerit vt prefertur per territoria ſua & alias quanto poſſint remocius absque dolo modo predicto conducant. Si qui vero huic noſtre

conſtitutioni contraire preſumpſerint ſubſcriptas penas ipſo facto incurrant. Omnes



quidem principes & comites barones nobiles milites & clientes & vniuerſi nobiles contrarium facientes reatum perjurii & priuacionem omnium feudorum que a ſacro rom. imperio & a quibuscunque aliis obtinent & eciam omnium poſſeſſionum ſuarum a quocunque habitarum incurrant. Omnes quoque cives & communitates contra premiſſa facere preſumentes similiter ſint periuri. Et nichilominus vniuerſis ſuis juribus libertatibus privilegiis & gratiis a ſacro obtentis imperio ſint omnino privati & perſonis & bonis ſuis omnibus bannum & proſcriptionem imperialem incurrant. Et eosdem quos ipſo facto ex nunc prout ex tunc omni jure priuamus deinceps cuilibet hominum authoritate propria & ſine judicio ſiue invocacione magiſtratus impune licebit inuadere

nullamque penam propter hoc inuadens ipsos debebit sustinere & ab imperio aut quovis alio formidare. Presertim cum contra rempublicam & sacri statum ac dignitatem imperii ac etiam contra honorem proprium & salutem tante rei temerarii neglectores tanquam rebelles inobedientes et perfidi infideliter & peruerse agere conuincantur Decernentes insuper & mandantes vt omnium civitatum ciues & communia jam dictis principibus electoribus & eorum cuilibet hoc poscenti eorumq; nunciis victualia in communi precio atque cursu pro suis seu nunciorum predictorū hominumq; suorum necessitatibus dum ad predictam ciuitatem causa celebrande eleccionis predicte accesserint et eciam dum discesserint ab eadem vendere seu vendi teneantur nullam in premissis fraudem quomodolibet adhibendo. Alioquin contrarium facientes penas ipsas volumus incurrere ipso facto quas in precedentibus contra ciues & communitates duximus promulgandas. Quisquis insuper ex principibus comitibus baronibus

militibus clientibus nobilibus ſeu ignobilibus ciuibus ſeu communitatibus ciuitatum principi electori ad eleccionem de rege romanor. celebrandam eunti vel ab ipſa denuo redeunti hoſtiles cuſtodias tendere ſeu inſidias parare preſumpſerit aut ipſorum vel eorum aliquem in ſua vel ſuorum perſonis aut rebus invadere vel turbare ſeu ipſorum vel alicuius eorum nunccios antedictos ſiue conductum pecierint ſiue eciam non duxerint eligendum hunc una cum uniuerſis malicie ſue complicibus facto ſupradictas penas decernimus incurriſſe. Ita videlicet quod queuis perſona penam incidat ſive penas quas juxta premiſſa pro qualitate perſonarum duximus infligendas.



Si vero aliquis princeps elector cum aliquo ſuo coelectore inimicicias gereret & inter eos quecunq; contencio contro-

uersia seu dissensio verteretur hys nequaquam obstantibus alterutrum vel alterius nunccios ad eleccionem huiusmodi destinandos premisso modo conducere sit astrictus sub pena periurii ac per dictos ea vice dumtaxat sue vocis in eleccione: ut superius est expressum. Tunc sequitur


Si qui vero alii principes comites barones clientes nobiles vel ignobiles ciues vel communia ciuitatum cum aliquo principe elector vel pluribus ex eisdem aduersam gerent voluntatem seu queuis discordia inter ipsos ad inuicem vel gvverra siue dissensio verteretur, nichilominus omni contradiccione & dolo cessantibus principi electori vel principibus seu eius vel ipsorum nunciis ad eleccionem huiusmodi destinandis & redeuntibus ab eadem talem prestare debeant conductum prout singuli penas iam dictas per nos videlicet in se latas voluerint euitare quas eos qui secus fecerint incurrisse decernimus eo facto. Ad premissorum autem omnium firmitem omnium firmitatē & certitudinem amp-

liorem inuenimus & volumus vt vniuersi principes electores & ceteri principes nec non comites barones nobiles ciuitates seu ipsorum communitates premissa omnia verbis & iuramentis suis firmare & ad ea bona fide ac sine dolo implenda efficaciter se debeant obligare. Quicunque vero literas huiusmodi dare renuerit penas illas ipso facto incidat quas pro personarum condicione premissa singulis duximus infligendas.


I quis autem princeps elector aliosve principes cuiuscunque condicionis aut status feodum vel feuda a sacro tenens imperio aut comes baro vel nobilis seu succedens talium vel heredes supra & infra scriptas imperiales nostras constituciones & leges adimplere noluerit aut eis contraire presumserit siquidem talis princeps elector extiterit ex tunc ceteri sui coelectores a suo ipsum deinceps excludant consorcio Ipseque voce eleccionis & aliorum principum electorum loco dignitate careat atque iure. Nec inuestiatur de feodis que a sacro imperio visus fuit

obtinere. Alius vero princeps aut vir nobilis ut prefertur in has noſtras leges temeritatem committens ſimiliter non inueſtiatur de feudis que a ſacro imperio vel alias obtinet a quocunque & nichilominus omnes penas premiſſas ſeu concernentes perſonam incidat eo ipſo. Quamuis autem univerſos principes comites barones nobiles milites clientes civitates quoque & communitates illorum ad preſtandum cuilibet principi electori vel ejus nunciis prefatum conductum ut predicitur indistincte volumus et decernimus obligari. Nilominus eorum cuilibet ſingulares conductus & conductores pro regionum & locorum adjacentium cuilibet magis aptos duximus deſignandos ut ſtatim per ſequentia plenius apparebit.





Primo namque Regem boemie ſacri imperii archipin-

cernam conducent Archiepiſcopus Magutinenſis Babenbergenſis & Herbipolenſis epi. Burgrauii Nurembergen̄. Item illi de Hohenloch de Bertheim. de Brunek & de Hanovv. Item civitas Nurembergen̄ Rotemburg & Windsheim̄.

Deinde Archiepiſcopū Colonienſem ſacri Imperii per italiam Archicancellarium. conducent & conducere tenebuntur Maguntinenſis Trevverenſis Archiepi Comes palatinus reni Lantgrauius haſſie Item de katzenelbogen. de Naſſavv. de dietz Comites. Item de Iſemberg. de Weſterberg. de Runkl. de Limburg. de Falkenſtein. Item Civitates Wetflaria Geilnhuſen & Fridberg.

Item. Archiepm Trevverenſem per Galliam & Regnum Arelaten̄ Archicancellarium conducent Archiepus Maguntinen̄ Comes palatinus Reni. Item de Sponheim, de Feldencz. comites. Item Ruchgrauen. Wildgrauen. de Naſſavv. de Iſemburg. de Runkel de Limburg. de Diecz. de Katzenelbogen. de Eppenſtein.

de Falkenſtein. Item civitas Maguntinenſis.

Deinde comitem palatinum regni ſacri Imperii archidapiferum conducere debebit archiepiſcopus Maguntinenſis.

Ducem vero ſaxonie ſacri Imperii Archimareſcallū tenebitur conducere rex boemie. Maguntinenſis & Magderburgenſis archiepiſcopi. Item Babenbergen̄. & Herbipolen̄ Epiſcopi. Marchio Miſnenſ. Lantgrauius hasſie. Item Fuldenſis & Hersfeldenſis abbates. Burgrauii Nurembergen̄. Item illi de hohenloch de Bertheim. de Brunek de Hanovv. de Falkenſtein. Item Ciuitas Erfordia. Mulhuſen. Nuremberg. Rotemburg. Windsheim et hy omnes proxime nominati Marchionem Brandemburgenſem ſacri Imperii archicamerarium ſimiliter conducere tenebuntur.

Volumus autem et expreſſe ſtatuimus ut unusquisq; princeps elector qui talem debuerit habere conductum hi is a quibus ipſum poſtulare decreuerit hoc ipſum adeo tempeſtiue

viamque qua fuerit transiturus insinuet & talem conductum exposcat ut illi qui ad conductum huiusmodi impendendum deputati & taliter fuerint requisiti ad hoc oportune se valeant & possint comode preparare. Sequitur. Premissas vero constitutiones circa materiam conductus editas ita sane debere declaramus intelligi. Ut unusquisque superius nominatus vel forsitan non expressus a quo in casu premisso conductum requiri contigerit ad prestandum ipsum per suas dumtaxat terras & territoria ac eciam ultra quanto potest remocius absque dolo sub penis superius contentis sit astrictus. Item sequitur

Preterea statuimus ac eciam ordinamus ut archiepūs Magūntinensis qui fuit pro tempore singulis principibus coelectoribus suis ecclesiasticis & secularibus eleccionē eandem per suos nuncios patentibus debeat literis intimare. In quibus quidem literis dies & terminus exprimatur. Infra quem eedem litere ad singulos eosdem principes verisimiliter possint pervenire. Huiusmodi vero litere cōtinebunt

ut a die in literis ipſis expreſſa infra tres menſes continuos omnes & ſinguli principes electores frankenfordie ſuper Mogano eſſe debeant conſtituti vel ſuos legales ad eundem terminum atque locum nuncios deſtinare cum plena & omnimoda poteſtate ſuisq; patentibus literis maiori ori ſigillo eorum cuiuslibet eorum ſignatis ad eligendum romanorum regem in ceſarem promouendũ.

Qualiter autem & ſub qua forma tales litere confici debeant & que in eis ſolennitas debeat immutabiliter obſeruari. Et in qua forma & modo principes electores nuncios ſuos ad eleccionem huiusmodi deſtinandos ac poteſtatem mandatum ſeu procuratoria ordinare debuerint ad finem preſentis libri conſcriptum plene invenitur clarius & expreſſum. Et eandem formam illic traditam mandauimus & de Imperialis poteſtatis plenitudine usquequaque decernimus obſeruari.

CUm autem ad hoc peruentum fuerit quod de Imperatoris vel regis romanorum obitu in dieceſi Maguntina conſtiterit ex tunc infra unum menſem a die noti-

cie obitus huiusmodi continue numerandi singulis principibus electoribus obitum ipsum & intimacionem de quibus premittitur per archiepiscopum Maguntinensem jubemus & decernimus suis patentibus litteris declarari. Quod si idem Archiepiscopus in executione & intimacione huiusmodi negligens aut remissus fortassis extiterit Ex tunc iidem principes motu proprio eciam non vocati pro fidei sue virtute qua sacrum prosequi tenentur imperium post hoc infra tres menses sicut in constitucione supra proxime posita continetur in ciuitate frankenfordiensi sepe dicta conueniant electuri regem romanorum in cesarem promouendum. Debet autem unusquisque princeps elector vel sui nuncii predictam ciuitatem frankenfordiensem cum ducentis equitaturis tantummodo prefate eleccionis tempore introire. In quorum numero quinquaginta tantum armatos vel pauciores introducere poterit, sed non plures. Princeps vero elector ad eleccionem huiusmodi vocatus & requisitus & ad ipsam non veniens.

uel legales nuncios cum litteris patentibus ſigillo ſuo majori ſigillatis plenamque & liberam ac omnimodam poteſtatem continentibus ad eligendum romanorum regem futurum Imperatorem non dirigens aut veniens aut huiusmodi nuncios forte transmittens. Si poſtea princeps ipſe aut predicti nunccii a predicto eleccionis loco recederent rege romanorum futuro ceſare electo nec ad premiſſa procuratore legittimo ſubſtituto ſolemniter & relicto eleccionis voce ſeu iure quod in eadem eleccione habuit & tali modo deſeruit careat ea vice. ſequitur



Iniungimus autem ciuibus de frankenfort & mandamus ut ipſi uniuerſos principes electores in genere & quemlibet eorum ab inuaſione alterius ſi quid inter eos aduerſitatis emergeret & eciam ab omni homine cum omnibus eorum hominibus quos ipſi & eorum

quilibet in prefato ducentorum ſuorum equorum numero ad prefatam duxerint ciuitatem in virtute juramenti quod ſuper hoc ipſos ad ſancta preſtare ſtatuimus fideli ſtudio & ſolerti diligencia protegant et defendant. Alioquin periurii reatum incurrant. Et nichilominus omnia iura libertates et privilegia gracias & indulta que á ſacro noſcuntur obtinere imperio omnino amittant. Bannumque imperiale cum perſonis & bonis ſuis omnibus incidant eo ipſo. Et liceat ex tunc omni homini authoritate propria ac ſine judicio ciues eosdem quos ex caſu ex nunc prout ex tunc omni iure privamus tanquam proditores infideles & rebelles imperii impune inuadere. Ita quod inuadentes huiusmodi penam quamcunque ſacro imperio vel quovis alio nequaquam debeant formidare.

Cives inſuper antedicti de frankenford per omne tempus illud quo ſuper eleccione predicta tractari et agi contigerit neminem in prefatam ciuitatem cuiuscunque dignitatis condi-


cionis vel ſtatus extiterit intromittant vel intrare quouis modo permittant principibus electoribus & eorum nunciis & procuratoribus antedictis dumtaxat exceptis quorum quilibet cum ducentis equis debebit ut premittitur intromitti. Si vero poſt ipſorum principum electorum introitum ſeu in ipſorum preſentia in prefata ciuitate aliquem reperire contigerit illius exitum ciues ipſi debebunt absque mora & cum effectu protinus ordinare. Sub penis omnibus contra ipſos promulgatis ſuperius ac eciam in virtute iuramenti quod ciues ipſi de Frankenford ſuper eos virtute preſentis conſtitucionis preſtare debebunt ad ſancta vt in precedentibus eſt expreſſum.

De eleccione Romanorum Regis. Cap. II.

Poſt quã autem ſepe dicti electores ſeu nuncii Ciuitatem Frankenfordenſem ingreſſi fuerint. ſtatim ſequenti die diluculo in Eccleſia ſancti bartholomei apoſtoli ibidem in omnium ipſorum preſencia Miſſam de ſancto ſpiritu faciant decantari ad finem ut ipſe ſanctus ſpiritus

corda ipſorum illvſtret. Et eorum ſenſibus lumen ſue virtutis infundat quatinus ipſi ſuo fulti preſidio hominem iuſtum bonum & vtilem eligere valeant in Regem romanorum futurumque ceſarem ac pro ſalute populi xpiani. Peracta quoque miſſa huiusmodi omnes illi electores. ſeu nuncii accedant ad altare. In quo miſſa eadem extitit celebrata vbi principes electores eccleſiaſtici coram evvangelio ſancti iohannis. In principio erat verbum: quod illic ante ipſos poni debebit manus ſuas pectori cum reuerencia ſupponant Seculares vero electores dictum evvangelium corporaliter manibusſuis tangant Qui omnes cum tota ipſorum familia tunc ibi debebunt inermes aſsiſtere. Et Archiepiſcopus Maguntineñ Formam iuramenti eis dabit. & una cum ipſis & ipſi vel abſentium nuncii vna cum eo iuramentum preſtabunt vulgariter in hunc modum

Ego henricus Archiepiſcopus Maguntineñſis ſacri Imperii per Germaniam archicancellarius & princeps elector juro ad ſancta dei evvangelia hic preſentialiter



coram me posita quod ego per fidem qua deo & sacro romano imperio sum astrictus secundũ omnem discrecionem & intellectum meum cum dei adjutorio eligere volo temporale caput populo xano. Id est. Regem romonorum in Cesarem promouendum qui ad hoc existat idoneus. In quantum discretio & sensus mei me dirigunt & secundum fidem predictam. vocemque meam & votum seu eleccionem prefatam dabo. Absque omni pacto stipendio precio vel promisso seu quocunque modo talia valeant appellari. Sic me deus adjuuet & omnes sancti. Prestito denique per electores seu nunccios in forma & modo predictis huiusmodi iuramento ad eleccionem procedant. Nec ammodo de iam dicta ciuitate Frankenford separentur nisi prius maior pars ipsorum temporale caput mundo elegerit seu populo xpiãno. Regem videlicet romanorum in

Cesarem promouendum. Quod si facere distulerint infra triginta dies a die prefati iuramenti prefati continuo numerandos ex tunc transactis eisdem triginta diebus ammodo panem manducent & aquam Et nullatenus ciuitatem exeant antedictam nisi prius per ipsos vel maiorem partem ipsorum Rector seu temporale caput fidelium electum fuerit ut prefertur. sequitur.

Postquam autem in eodem loco ipsi vel pars eorum maior numero elegerit Talis eleccio perinde haberi & reputari debebit ac si foret ab ipsis omnibus nemine discrepante concorditer celebrata. Si que per tempus aliquod morari abesse & tardare contigerit aliquiem ex electoribus seu nuncciis antedictis dum tamen veniret antequam predicta esset eleccio celebrata. hunc ad eleccionem ipsam in eo statu admitti debere decernimus. In quo ipsa aduentus sui tempore consistebat. Et quia de antiqua. approbata & laudabili consuetudine inconvulse quod subscribitur semper extitit hactenus obseruata. Ideoque & nos consti-

tuimus & de imperialis decernimus plenitudine poteſtatis quod is qui modo premiſſo in regem fuerit romanorum electus peracta ſtatim eleccione huiusmodi priusquam in aliquibus cauſis aliis ſiue negociis virtute ſacri imperii adminiſtret. Uniuerſis & ſingulis principibus electoribus eccleſiaſticis & ſecularibus qui propinquiores ſacri imperii membra eſſe noſcuntur omnia ipſorum privilegia litteras jura libertates concesſiones antiquas conſuetudines & eciam dignitates & quicquid ipſi ab imperio uſque in diem eleccionis ſue ab imperio obtinuerunt & posſiderunt abſque dilacione & contradictione confirmare & approbare debeat per ſuas litteras & ſigilla. Ipſisque premiſſa omnia innouare. poſtquam imperialibus fuerit infulis coronatus. Confirmationem autem huiusmodi electus ipſe. cuilibet principi electori in ſpecie. Primo ſuo nomine regali faciet & deinde ſub imperiali titulo innouabit. Et in hys ipſos principes electores omnes in genere & quemlibet eorum in ſpecie nullatenus impedire ſed pocius absque dolo graciose tenebitur promouere. In caſu deniq; quo tres principes electores

preſentes ſeu abſencium nuncii quartum ex ſe ſeu ipſorum conſorcio videlicet principem electorem preſentem vel abſentem in regem romanorum eligerent vocem illius electi ſi preſens affuerit aut nunciorum ipſius ſi eum abeſſe contingeret. plenum vigorem habere & eligentium augere numerum partemque maiorem decernimus conſtituere ad inſtar ceterorum. principum electorum

De ſesſione Trevverenſis Colonienſis & Maguntinenſis archiepiſcoporum ſacri romani Imperii ſpũalium elector.





In nomine ſancte & indiuidue trinitatis feliciter. Amen Karolus quartus diuina fauente clemencia Romanorum Imperator ſemper auguſtus & boemie rex. Ad perpetuam rei memoriam decor & gloria. ſacro ſancti romani imperii & honor ceſareus & reipublice grata compendia



venerabilium & illustrium principum electorum concordi voluntate fouentur qui velut columpne sacrum edificium circumspecte prudencie sollerti pietate sustentant quorum presidio dextra Imperialis potencie roboratur. Et quanto mutui fauoris ampliori benignitate stringuntur tanto uberioris pa-



cis & tranquillitatis comoda feliciter profluunt populo x̄pistiano vt igitur inter venerabiles Maguntinensem Treuerens. & Coloniens. Archiep̄os sacri Imperii principes electores omnium litium & suspeccōm qui & quem de prioritate seu dignitate sessionum suarum in curiis imperialibus & regalibus suboriri valerent inposterum



perpetuis in antea temporibus amputentur & ipsi in eorum animis quieta condicione manentes de opportunitatibus sacri imperii concordi fauore & virtuose dilectionis studio conuenientius meditari valeant. pro consolatione populi x̄ani habita deliberacione cum omnibus principibus electoribus tam ecclesiasticis quam secularibus & de ipsorum consilio decer-



nimus & de imperatorie potestatis plenitudine hac edictali lege perpetuo valitura sancimus quod supradicti venerabiles archiep̄i Treuerēn. videlicet ex opposito id est liniari direccione versus imperatoris faciem. Maguntiñs. vero in suis diocesi & prouincia & extra prouinciam suam in toto cancellariatu suo germanico prouincia Coloniensi duntaxat excepta.

Et demum coloniensis in suis diocesi & prouincia & extra prouinciam suam in tota italia & gallia in dextro latere Romanorum cesaris sedere possint valeant & debeant in omnibus publicis actibus Imperialibus puta iudiciis collationibus feodorum & in refeccionibus mensarum ac eciam in consiliis & omnibus aliis agendis propter propter quæ contingit seu contingit eosdem pro honore seu utilitate imperiali tractandis mutuo conuenire. Et hunc modum sessionis sub omni eo ordine sicut expressatur superius ad predictorum coloniensis treuerensis archiepõrum successores perpetuo extendi volumus vt nullo vnquam tempore super hys queuis dubietas generetur.

De principibus electoribus in communi. Cap.


Statuimus insuper ut quociescũque imperialem curiam ex nunc in antea celebrari contigerit in qualibet sessione videlicet tam in consilio quam in mensa & locis aliis quibuscunque vbi imperatorem vel regem romanor. cum principibus electoribus sedere contigerit a dextro latere



imperatoris vel regis romanorum immediate poſt Archiepm̄ Maguntineñ vel Colonieñ Illum videlicet quem tunc temporis pro qualitate locorum & varietate prouinciarum juxta priuilegii ſui tenorem dicto lateri dextro imperatoris aſſidere contigerit. Rex boemie cum ſit princeps coronatus & vnctus primum & poſt eum



comes palatinus reni ſecundum ſedendi loca debeant obtinere Ad ſiniſtram vero partem inmediate poſt illum quem ex predictis Archiepīs in latere ſiniſtro ſedere continget primum locum dux ſaxonie & poſt eum Marchio Brandemburgenſis alterum obtinebit

eterum vero quocies & quando deinceps






ſacrum vacare continget imperium ex tunc Maguntinenſ. archiepūs poteſtatem habebit ſicut poteſtatem habuiſſe dinoſcitur ab antiquo ceteros principes antedictos ſuos in dicta eleccione conſortes literatorie conuocandi. Quibus omnibus ſeu hys qui poterunt & noluerunt intereſſe in eleccionis termino inuicem congregatis

dictis archiepīs Maguntinenſis & non alter eorundem coelectorum ſuorum vota ſingulariter habebit inquirere ordinę ſub ſequenti Primo quidem interrogabit a Treuēnſi archiepō cui primam vocem competere declaramus ſicut comperimus hactenus competiſſe. Secundo a colonienſe archiepō cui competit

dignitas nec non officium romanorum rei primum diadema regium imponendi Tertio a rege boemie qui inter electores laicos ex regie dignitatis faſtigio iure & dominio obtinet primaciam. Quarto a comite palatino reni. Quinto a duce ſaxonie. Sexto a Marchione brandemburgenſe. Horum omnium vota premiſſo iam ordine dictus archiepūs Maguntinenſis perquiret quo facto dicti principes ſui conſortes ipſum vice uerſa requirent ut & ipſe intencionem ſuam exprimat & ipſis aperiat votum ſuum. Preterea in celebratione imperialis curie Marchio brandemburgenſis aquam lauandis imperatoris vel regis romanorum manibus miniſtrabit. Primum vero potum rex boemie quem ſub corona regali juxta priuilegiorum regni ſui continenciam niſi libera voluntate voluerit non tenebitur miniſtrare. Comes eciam Palatinus. cibum afferre tenebitur. Et dux ſaxonie Mareſchalcus officium exercebit vt ſolitum eſt fieri ab antiquo. *De Jure Comitis Palatini & eciam Saxonie Ducis. Cap.*




Quocies insuper ut premittitur ſacrum vacare continget imperium. illuſtris comes palatinus reni ſacri imperii archidapifer. Ad manus futuri regis romanorum in partibus reni & ſvvevie & iniure frākonico Bouē principatus ſeu comitatus palatini priuilegio eſſe debet prouiſor ipſius Imperii cum poteſtate iudicio exercendi ad beneficia eccleſiaſtica preſentandi & recolligendi redditus & prouentus & inueſtiendi de feudis. iuramenta fidelitatis vice & nomine ſacri imperii recipiendi. que tamen per regem romanorum poſtea electum ſuo tempore omnia innouari & de nouo ſibi iuramenta ipſa preſtari debebunt. feudis principum duntaxat exceptis & illis que vanlehen vvulgariter appellantur quorum inueſtituram & collationem ſoli imperatori vel regi romanorum ſpecialiter reſeruamus. Ipſe tamen comes palatinus omne genus alienacionis ſeu obligacionis rerum imperialium huiusmodi prouiſionis tempore expreſſe ſibi nouerit interdictum. Ex eodem jure prouiſionis illuſtrem ducem ſaxonie ſacri imperii

Archimareſchallum frui volumus in illis locis ubi ſaxonica iura ſeruantur ſub omnibus modis & condicionibus ſicut ſuperius eſt expreſſum.

Et quamuis imperator ſive rex romanorum ſuper cauſis pro quibus impetitus fuerit habeat ſicut ex conſuetudine introductum dicitur coram comite palatino reni ſacri imperii archidapifero electore principe reſpondere. Illud tamen iudicium comes ipſe palati non alibi preterquam in imperiali curia poterit exercere.

de conparacione principum electorũ ad alios principes communes.



Decernimus ut in celebracione imperialis curie quociescunque illam deinceps perpetuo celebrare contigerit antedicti principes electores eccleſiaſtici & ſeculares iuxta preſcriptum ordinem atque modum a dextris & a ſiniſtris immutabiliter teneant loca ſua. Eiſque vel eorum alicui in quibuſcunque actibus ad curiam ipſam ſpectantibus eundo ſedendo vel ſtando nullus princeps alius cuiuscunque ſtatus dignitatis exiſtat nullate-

nus preferatur. Eo ſignanter expreſſo quod nominatim rex boemie in celebracione curiarum huiusmodi in omnibus & ſingulis locis & actibus antedictis quemcunque regem alium quacunque etiam ſingulari dignitatis prerogatiua fulgentem quem quouis caſu ſeu cauſa venire vel adeſſe forte contigerit im̄utabiliter antecedet.

De ſucceſſione principum Cap.

Inter ſolicitudines illas in̄umeras quibus pro felici ſtatu ſacri imperii cui auctore domino feliciter preſidem9 cor noſtrũ cottidie fatigatur Ad hoc precipue meditacio noſtra dirigitur qualiter deſiderata & ſalubris ſemper unio inter ſacri imperii principes electores iugiter vigeat & eorum corda in ſincere caritatis concordia conſeruentur. Quorum prouidencia ſuo tempore orbi fluctuanti tanto celerius tantoque facilius ſubuenitur quanto inter eos nullus error ſurrepſerit & purior fuerit caritas cuſtodita. obſcuritate ſucciſa & iure cuiuslibet dilucide declarato. ſeq.

Sane generaliter longe lateque eſt

publicum & quaſi per totum orbem notorie manifeſtum illuſtres regem boemie nec non comitem palatinum reni ducem ſaxonie & Marchionem brandemburgenſem virtute regni & principatuum ſuorum in eleccione regis romanor. in ceſarem promouendi cum ceteris principibus eccleſiaſticis ſuis coelectoribus ius vocem & locum habere & una cum ipſis cenſeri & eſſe veros & legitimos ſacri imperii principes electores. nec inter eorundem principum ſecularium electorum filios ſuper iure voce & poteſtate prefata futuris temporibus ſcandalorum & diſſenſionum poſſit materia ſuſcitari. Et ſic bonum commune periculoſis dilacionibus impediri futuris auctore deo cupientes periculis ſalubriter obuiare. Statuimus & imperiali auctoritate preſenti lege perpetuis temporibus valitura decernimus Ut poſtquam iidem principes electores ſeculares & eorum quilibet eſſe deſierit ius vox & poteſtas eleccionis huiusmodi ad filium ſuum primogenitum legitimum laicum illo vero non exſtante ad eiusdem primogeniti primogenitum ſimiliter

laicum libere & ſi-
ne contradiccione
cuiuspiam deuol-
uatur. Si vero pri-
mogenitus huiusmodi
abſque heredibus maſ-
culis legittimis lai-
cis ab hac luce migra-
ret virtute preſentis in-
perialis edicti. Jus
vox & poteſtas eleccio-
nis predicte ad ſeniorem
fratrem laicum per
veram paternalem li-
neam deſcendentem
Et deinceps ad illius
primogenitum lai-
cum deuoluatur. et
talis ſuccesſio in pri-
mogenitis & heredi-
bus principum eorun-
dem in iure voce &
poteſtate premisſis per-
petuis temporibus ob-
ſeruetur. Ea tamen
condicione & modo
ut ſi principem elec-
torem ſeu eius primo-
genitum aut filium
ſeniorem laicum
mori & heredes maſ-
culos legittimos
laicos defectum eta-
tis patientes relin-
quere contingeret tunc
frater ſenior eiusdem
primogeniti tutor
eorum & adminiſtra-
tor exiſtat donec ſeni-
or ex eis legittimam
etatem attigerit qu-
am in principe electore
decem & octo annos
completos cenſeri volv-
mus & ſtatuimus
perpetuo & haberi. Qu-
am dum exegerit vo-
cem ius & poteſtatem
& omnia ab ipſis de-
pendencia tutor

ipſe ſibi totaliter cum officio teneatur protinus asſignare. Si vero aliquem ex huiusmodi principatibus ipſorum imperio ſacro vacare contingeret. tunc imperator ſeu rex romanorum qui pro tempore fverit de ipſo prouidere debebit & poterit tanquā de re ad ſe & imperium legitime deuoluta Salvis ſemper priuilegiis iuribus & conſuetudinibus regni noſtri boemie ſuper eleccione regis in caſu vacationis per regnicolas qui ius habent eligendi regem boemie facienda iuxta continenciam eorum priuilegiorum & obſeruatam conſuetudinem diuturnam.

A diuis romanorum imperatoribus ſiue regibus obtentorum quibus ex huiusmodi ſanccione imperiali in nullo préiudicari volumus immo ipſa decernimus nunc & perpetuis futuris temporibus in omni ſuo tenore & forma indubiam tenere roboris firmitatem.

De Rege boemie & regnicolarum eius immunitate. Caplm.




Cum per diuos. romanī imperatores & Reges predeceſſores noſtros illuſtribus boemie regibus progenitoribus & predeceſſoribus noſtris nec non regno boemie eiusdemq; regni

corone olim concessum fuerit graciosius & indultum. Sicque in regno eodem a tempore cuius contrarii hodie non existit memoria consuetudine laudabili in convvulse seruata diuturnitate temporum & prescripta moribus vtentium sine contradiccionis aut interrupcionis obstaculo introductum quod nullus princeps baro nobilis. miles cliens burgensis ciuis nulla denique persona eiusdem regni & pertinenciarum eius ubicunq; consistentium cuiuscunque status dignitatis preeminencie vel condicionis existat ad cuiuscunque actoris instanciam extra regnum ipsum ad quodcunque tribunal seu alterius preterquam regis boemie & iudicium regalis curie sue citari poterint seu trahi nec vocari debeat perpetuis in antea temporibus siue possit. Ideoque priuilegium consuetudinem & indultum huius auctoritate imperiali & de imperialis potestatis plenitudine ex certa sciencia inovantes & eciam confirmantes. Ac presenti nostra constitucione imperiali perpetuis temporibus valitura statuimus Ut si contra priuilegium consuetudinem vel indultum prefa-

tum quispiam predictorum puta princeps baro nobilis miles cliens ciuis burgensis seu rusticus aut alia quecunque persona premissa ad cuiuscunque tribunal extra regnum predictum boemie in quacunque causa tribunali ciuili vel mixta seu super quocunque negocio citatus fuerit quocunque tempore vel citata comparere vel in iudicio respondere minime teneatur. Quod si aduersus huiusmodi non comparentes vel non comparentem a quocunque iudice cuiuscunque auctoritatis existat extra regnum ipsum boemie constituto iudicialiter procedi processus fieri seu sentencias interlocutorias vel diffinitiuas unam vel plures in quibuscunque prenominatis causis siue negociis quouis modo fieri & promulgari continget auctoritate premissa de plenitudine insuper antedicte imperatorie potestatis. Citaciones precepta processus & sentencias huius nec non execuciones & omnia que ex eis vel aliquo eorum quomodolibet sequi attemptari possint vel fieri irritamus penitus & cassamus Adiicientes expresse & edicto imperiali valituro eadem auctoritate & de premisse potestatis

plenitudine decernentes ut quemadmodum in predicto regno boemie a tempore cuius contrarii non habetur memoria iugiter obseruatum existit. Ita prorsus nulli principi baroni nobili militi clienti ciui burgensi seu rustico nulli demum persone seu incole regni boemie sepe dicti cuiuscunque status preeminentie dignitatis vel condicionis existant vel existat a quibuscunque processibus sentenciis interlocutoriis vel diffinitiuis siue preceptis regis boemie aut quorumcunque suorum iudicum nec non execucionibus eorundem contra se in regali iudicio seu coram regis regni seu predictorum iudicum tribunalibus factis aut latis habitis vel ferendis in antea seu fiendis aut quodcunque aliud iudicium appellare. Prouocaciones quoq; seu appellaciones huiusmodi si quas contra hoc interponi contigerit eo ipso uiribus non subsistant. Et appellantes ipsi penam perdicionis causarum ipso facto se nouerint incurrisse. *De auri argenti & aliarum specier. mineris*



Presenti constitucione in perpetuũ vali-

tura ſtatuimus ac de certa ſcientia declaramus. Quod ſucceſſores noſtri boemie reges nec non vniuerſi & ſinguli principes electores eccleſiaſtici & ſeculares qui perpetuo fuerint vniuerſas auri & argenti fodinas atque mineras ſtanni cupri & ferri plumbi & alterius cuiuscunque generis metalli ac eciam ſalis tam inuentas quam inueniendas inpoſterum quibuscunque temporibus in regno predicto ac terris & pertinenciis eidem regno ſubiectis nec non ſupradicti principes in principatibus terris dominiis & pertinenciis ſuis tenere iuſte posſint & legittime posſidere cum omnibus iuribus nullo prorſus excepto prout poſſunt ſeu conſueuerunt talia posſidere nec non iudeos habere Thelonea in preterito ſtatuta & indicta percipere quodque progenitores noſtri Reges boemie felicis memorie ipſique principes electores ac progenitores & predeceſſores eorum legitime potuerint usque in preſens. Sicut antiqua laudabili & approbata conſuetudine diuturnique ac longisſimi temporis curſu preſcripta noſcitur obſeruatum.


De Monetis auri & argenti. Capitlm.



Statuimus preterea ut regi boemie succes-sori nostro qui fuerit pro tempore sicut con-stat ab antiquo illv-stris memorie boe-mie regibus nostris pre-decessoribus licuisse. & in possessione pa-cifica continua ipsos fuisse iuris subsequen-tis videlicet monetas auri & argenti in om-ni loco & parte regni sui & subditarum ei ter-rarum & pertinencia-rum omnium ubi rex ip-se decreuerit sibique placuerit cudi facere & mandare sub om-nimodo & forma in regno ipso boemie in hys ad hec usque tempora obseruatis Quodque futuris per-petuo boemie regibus hac nostra imperiali con-stitucione & gracia per-petuo valituris a qui-buscunque principibus magnatibus comiti-bus ac personis aliis quascunque terras ca-stra possessiones pre-dia siue bona liceat emere comparare seu in domum vel donа-cionem ex quacunque causa aut in obligacionẽ

recipere ſub talium terrarum caſtrorum poſſeſſionum predictarum ſeu bonorum condicione conſueta ut videlicet propria recipiantur vel comparentur ut propria libera velud libera & ea que dependent in feudum ſimiliter emantur in feudum comparata taliter teneantur Ita tamen quod ipſi reges boemie de hys que hoc modo comparauerint vel receperint & regno boemie duxerint applicanda Ad priſtina ac conſueta iura de talibus ſacro explenda & reddenda imperio ſint asſtricti Preſentem nichilominus conſtitucionem & graciam virtute preſentis legis noſtre imperialis ad vniuerſos principes electores tam eccleſiaſticos quam ſeculares ſucceſſores & legittimos heredes ipſorum plene extendi volumus ſub omnibus modis & condicionibus vt prefertur. *De immunitate principum electorum ſequitur Capl.*





Statuimus eciam ut nulli comites barones nobiles feudales

vaſalli caſtrenſes mi- lites clientes ciues burgenſes nulle quoque perſone. Colonieñ Maguntineñ & Treuerenſi eccleſiis ſubiecte vel ſubiecti cuiuscunque ſtatus condicionis vel dignitatis exiſtant. Ad cuiuscunque actoris inſtanciam extra territorium & terminos ac limites earundem eccleſiarum & pertinenciarum ſuarum ad quodcunque aliud tribunal ſeu cuiusuis alterius preterquam archiepōrum Maguntineñ & Treuereñ & Colonieñ. & iudicum ſuorum iudicium citari potuerint temporibus retroactis vel trahi ſeu vocari debeant perpetuis inantea temporibus ſiue poſſint ſicut preteritis inuenimus temporibus obſeruatū. Quod ſi contra preſens edictum noſtrum predictos eccleſiarum Treuereñ Maguntineñ & Colonieñ ſubditos vel eorum aliquem ſeu aliquos ad cuiuscunque inſtanciam ſeu ad cuiuscumque tribunal pro quacunque cauſa criminali ciuili vel mixta ſeu quocunque negocio extra territorium limites ſeu terminos dictarum eccleſiarum vel alicuius earum citari contingeret comparere vel reſpondere minime teneantur & citacio ac proceſſus & ſentencie interlocu-

torie vel diffinitiue contra non venientes a talibus iudicibus extraneis late vel facte fiende vel ferende nec non precepta & premiſſorum execuciones & omnia que ex eis vel aliquo eorum quomodolibet ſequi attemptari poſſent vel fieri irrita decernimus eo ipſo. Adiicientes expreſſe quod nvlli comiti baroni nobili feudali vaſallo caſtrenſi militi clienti ciui ruſtico nulli demum perſone eccleſiis huius ſubiecte ſeu eius incole cuiuscunque ſtatus dignitatis vel condicionis exiſtant a ſentenciis interlocutoriis & diffinitiuis ſiue preceptis archiepōrum & eccleſiarum huiusmodi vel ſuorum officiatorum temporalium aut execucionibus eorundem contra ſe archiepāli ſeu officiatorum predictorum iudicio factis aut latis habitis vel ferendis inantea ſeu fiendis ad quodcunque tribunal aliud liceat appellare quamdiu in archiepōrum predictorū & ſuorum iudicio querulantibus non fuerit iuſticia denegata. Appellaciones contra hoc factas non recipi ſtatuimus caſſasque & irritas nunciamus. In defectu vero iuſticie predictis omnibus ad imperia-

lem dumtaxat curiam & tribunal ſeu iudicis immediate in imperiali curia pro tempore preſidentis avdienciam. Et eciam eo caſu non ad quemuis alium iudicem ſiue ordinarium ſiue etiam delegatum hys quibus denegata fuerit iuſticia liceat appellare. Quicquid vero contra premiſſa factum fuerit ſit irritum eo ipſo. Eandem conſtitucionem virtute preſentis legis noſtre imperialis ad illuſtres comitem palatinum reni. Johannem ducem ſaxonie & Jodocum Marchionem brandemburgenſem principes electores ſeculares ſiue laicos heredes ſucceſſores & ſubditos eorum plene extendi volumus ſub omnibus modis & condicionibus ut prefertur. Hanc autem legem propter quedam dubia que ex ea ſub orta fuerunt. De illis duntaxat feudalibus vaſallis & ſubditis. debere declaramus intelligi qui feuda bona & poſſesſiones a principibus electoribus eccleſiaſticis & ſecularibus dependentes que de temporali ipſorum iuris dictione conſiſtunt obtinere noſcuntur & actualiter & realiter reſident in eisdem. Si vero tales electorum principum vaſalli


& homines ab aliis eciam archiep̄is ep̄is siue principibus similia feuda possident & larem fouent in illis ex tunc si iidē archiep̄i ep̄i vel principes ab imperio bannum habent & priuilegium duella coram se agi permittere aput illos agat de talibus. Alioquin ad imperial. curie judicis examen super hys decernimus recurrendum. *De congregacione principum.*

Inter illas multiplices reipublice curas quibus assidue mens nostra distrahitur multa consideracione necessarium fore perspexit nostra sublimitas ut sacri imperii principes electores ad tractandum de ipsius imperii orbisq; salute frequencius solito congregentur. Qui solidi bases imperii & columpne immobiles quemadmodum per longinquas ad inuicem terrarum consistunt distancias. Ita de incumbentibus regionum sibi cognitarum defectibus referre simul & conferre nouerunt. Sanisque prouidencie sue consiliis non ignorant accommodis talium reformacionibus salubriter opem dare. hinc est quod in solenni curia nostra in nuerberg cum venerabilibus ecclesiasticis & illustribus secularibus

principibus electoribus & multis aliis principibus & proceribus per nostram celsitudinem celebratam habita cum eisdem principibus electoribus deliberacione & de ipsorum consilio pro bono & salute communi cum dictis principib9 electoribus tam ecclesiasticis quam secularibus duximus ordinandum Quod iidem principes electores de cetero per singulos annos semel transactis a festo pasce resurrectionis dominice quatuor septimanis continue numerandis in aliqua ciuitatum sacri imperii personaliter cõgregentur & ad idẽ tempus proxime afuturum seu anno presenti colloquiũ seu curia & congregacio huiusmodi in ciuitate nostra imperiali metensi per nos & eosdem principes celebretur. Ac tunc & deinceps die quolibet cõgregacionis huiusmodi locus per nos quo sequenti anno conueniant ipsorũ consilio statuatur hac nostra ordinacione ad nostrum ac ipsorum duntaxat beneplacitũ duratura Qua durante ipsos sub nostro imperiali conductu recepimus ad dictam curiam accedẽdo stando & eciam recedendo. Preterea ne tractatus communis salutis & pacis per tractum ad moram solacii seu excessiuam frequentacionem conuiuii retardetur ut aliquando fieri est consuetum con-

cordi voluntate duximus ordinandum vt deinceps curia seu congregacione prefata durãte generales omnium principum celebrare alicui non liceat inuitatas. Particulares vero que agendorum expedicionem nõ impediant cum moderamine sint permisse. *De revocacione privilegior. Capl.*





reterea statuimus & hoc imperiali perpetuo sancimus edicto quod vniuersa priuilegia & litere quibuscunque personis cuiuscunque status preeminencie vel dignitatis exisstant seu ciuitatum opidorum & quorumlibet locorum uniuersitatibus super quibuscunque iuribus graciis emunitatibus consuetvdinibus seu rebus aliis eciam proprio motu seu aliis a nobis vel recolende memorie diuis romanor. imperatoribus predecessoribus nostris sub quibuscunque verborũ tenoribus concessa & concesse seu a nobis vel successoribus nostris romañ imperatoribus & regibus inan-

tea concedenda ſeu concedende non debeant aut poſſint libertatibus iurisdicionibus iuribus honoribus ſeu dominiis principum electorum ſacri imperii ecliaſticorum & ſeculariū aut alicuius ipſorum in aliquo penitus derogare. Eciamſi in talibus priuilegiis & literis quarumlibet perſonarum cuiuscunque preeminencie dignitatis aut ſtatus extiterint ut prefertur. ſeu vniuerſatum huiusmodi expreſſe cautum ſit vel fuerit in futurum quod reuocabilia ſeu reuocabiles eſſe non debeant niſi de ipſis & toto in eis comprehenſo tenore in tali reuocacione fieret de verbo ad verbum ſeriatim mencio ſpecialis. Huiusmodi namque priuilegia & literas ſi & in quantum libertatibus iurisdiccionibus iuribus honoribus ſeu dominiis dictorum principum electorum aut alicuius ipſorum derogare cenſentur in aliquo quo ad hoc reuocamus ex certa ſciencia & caſſamus reuocataque & reuocatas intelligi & haberi decernimus de plenitudine imperatorie poteſtatis.

De hys quibus ut indignis auferuntur bona feodalia




n pleriſque partibus vaſalli & feudotarii dominorum

feuda ſiue beneficia. que a dominis ipſis obtinent intempeſtiue verbaliter & in fraude renunciant ſeu reſignant eadem & facta reſignacione huiusmodi dominos ipſos maliciоſe diffidant ſuasque inimicicias eis denunciant dampna ipſis grauia inferendo & beneficia ſeu feuda ſic relicta pretextu gvverre ſeu inimicicie iterum inuadunt & occupant ac detinent occupata Eapropter preſenti conſtitvcione in perpetuum valitura ſanccimus quod talis reſignacio ſeu renuncciacio haberi debeat pro non facta niſi libere & realiter facta fuerit per eosdem Ita quod poſſeſſio beneficiorum & feudorum huiusmodi dominis ipſis corporaliter & realiter aſſignetur. In tantum quod nullo vmquam tempore diffidantes ipſi in bonis feudis ſeu beneficiis reſignatis dominos ipſos perturbent per ſe vel per alios aut moleſtent nec ad hoc conſilium preſtent auxilium vel fauorem. Contrarium faciens ſeu dominos ſuos in beneficiis & feudis reſignatis vel non reſignatis inuadens quomodolibet vel perturbans vel dampna in ipſis inferens ſeu conſilium auxilium

preſtans talia faci-
entibus vel fauorem
feuda & beneficia huius-
modi eo ipſo amittat
infamis exiſtat &
banno imperiali ſub-
iaceat & nulla ad fe-
uda uel beneficia huius-
modi pateat ei de ce-
tero quocunque tem-
pore aditus vel regreſ-
ſus nec de nouo ſibi
concedi valeant vllo
modo. Et facta eis
contra hoc illorum
conceſsio ſeu inueſti-
tura ſecuta uiribus
non ſubſiſtat. Po-
ſtremo omnis penas
predictas illos vel illvm
qui predicta reſignaci-
one non facta contra
dominos ſuos fraudu-
lenter agentes vel
agens ſcienter eos
inuaſerint vel inua-
ſerit diffidacione qua-
cunque preuia vel ob-
miſſa vigore preſentis
ſanccionis incur-
rere decernimus ipſo
facto. *De Conſpiraci-
onibus Caplm.*





Deteſtan-
das pre-
terea &
ſacris le-
gibusre-
probatas conſpiracio-
nes & conuenticulas
ſeu colligaciones illi-
citas in ciuitatibus

& extra vel inter ciuitatem & ciuitatem inter personam & personā siue inter personam & ciuitatem pretextu parentele seu recepcionis in ciues vel alterius cuiuscunque coloris coniuraciones insuper & confederaciones & pacta nec non & consuetudinem circa huiusmodi introductam quam censemus pocius corruptelam reprobamus dampnamus & ex certa sciencia irritamus. Quæ ciuitates seu persone cuiuscunque dignitatis condicionis aut status siue inter se siue cum aliis absque auctoritate dominorum quorum subditi vel ministeriales seu in quorum districtu consistunt eisdem dominis nominatim non exceptis fecerunt hactenus & facere presumpserint in futuro sicut eas per sacras diuorum augustorum predecessorum nostrorum leges prohibitas non ambigitur & cassatas. Illis confederacionibus & ligis dumtaxat exceptis quas principes & ciuitates ac alii super generali pace prouinciarum atque terrarum inter se firmasse noscuntur. Illas enim nostre declaracioni specialiter reseruantes in suo decernimus vigore manere donec de hys aliud duxerimus ordinandum. Per-

ſonam ſingularem que de cetero contra tenorem preſentis conſtitucionis noſtre & legis antique ſuper hoc edite Confederaciones obligaciones conſpiraciones & pacta huius inire preſumſerit vltra penam legis eiusdem notam infamie & penam decem librarum auri Ciuitatem vero vel vniuerſitatem in hanc legem noſtram ſimiliter committentem centum librarum auri nec non amisſionis & priuacionis libertatum & priuilegiorum imperialium penas incurrere decernimus eo ipſo mediete pene huiusmodi pecuniarie Fiſco imperiali reliqua vero domino diſtrictus in cuius preiudicium facta fuerint applicanda. *De Pfalburgeriis.*



Ceterum quia nonnulli ciues & ſubditi principum baronũ & aliorum hominum ſicuti frequens ad nos querela perduxit. iugum originarie ſubieccionis querentes abiicere

immo auſu temerario contempnanter in aliorum ciuitatum ciues recipi ſe procurant & frequencius in preterito procurarunt. Et nichilominus in priorum dominiorum quos tali fraude preſumpſerunt vel preſumunt deſerere terris ciuitatibus oppidis & villis corporaliter reſidentes. ciuitatum ad quas hoc modo ſe transferunt libertatibus gavdere & ab eis defenſari contendunt qui in partibus almanie pfalburgerii conſueuerunt vulgariter appellari. Quoniam igitur patrocinari non debent alicui fraus & dolus de imperatorie poteſtatis plenitudine omnium principum electorum eccleſiaſticorum & ſecularium ſano accedente conſilio ex certa ſciencia ſtatuimus & preſenti lege perpetuo valitura ſanccimus quod predicti ciues & ſubditi eis quibus ſubſunt taliter illudentes in omnibus terris locis & prouinciis ſacri imperii a preſenti die inpoſterum ciuitatum in quarum ciues tali fraude recipi ſe procurant vel hactenus procurarunt iuribus & libertatibus in nullo pociantur. niſi ad huiusmodi ciuitates corporaliter & realiter transeuntes ibique larem fouentes continue & vere

ac non ficte residenciam facientes debita onera & municipalia subeant munera in eisdem. Si qui vero contra presentis nostre legis tenorem recepti sunt vel fuerint in futurum illorum receptio omni careat firmitate & recepti cuiuscunque condicionis dignitatis aut status existant in nullo casu penitus siue causa ciuitatum ad quas recipi se procurant iuribus priuilegiis vel consuetudinibus obseruatis quantocunque tempore & obtentis Quas & que & quantum presenti nostre legi obuiāt presentibus ex certa nostra sciēcia reuocam9 & de predicte imperialis plenitudine potestatis omnique decernimus carere robore firmitis. Circa premissa omnia principum dominorum & aliorum hominum quos taliter deseri contingit vel continget inposterum iuribus circa personas & bona subditorum quorumcunque ipsos sæpe dicto modo deserentium semper saluis. Hos nichilominus qui sepe dictos ciues & subditos alienos recipere contra presentis nostre legis dispositionem presumpserint. Si eos omnino non dimiserint infra mensem post intimacionem presencium


ęis factam centum marcas auri puri pro transgressione huiusmodi tociens quocies deinceps factum fuerit incurrere decernentes Quorum medietas imperiali fisco nostro reliqua vero dominis illorum qui recepti fuerint irremissibiliter applicetur. *De Diffidacionibus cap.*





Eos qui de cetero adversus aliquos iustam diffidacionis causam se habere fingentes ipsos in locis ubi domicilia non obtinent aut ea communiter non inhabitant intempestiue diffidant declaramus. dampna quecunque per incendia spolia vel rapinas diffitatis ipsis cum honore suo inferre non posse Et quia patrocinari non debent alicui fraus & dolus presenti constitucione im perpetuum valitura sanccimus diffidantes huiusmodi quibuscunque dominis aut personis cum quibus aliqui fuerunt in societate familiaritate vel honesta quauis amicicia

Keysirlichir adir koniglichir disch sal also gefugit sin/ daz er ubir andir dische in dem sal Sechs Fusze hohir sy gesetzit/ an dem nieman sal sitzin in dem dage des hirlichin hofis/ dan alleine der Keisir adir Konig. der stul und der disch der Keisirynnen / adir Konigynnen sal bereit sin in dem sal. also daz ir disch dry fusze nedir sy dann des Keisirs adir Konigs. und dri fusze hohir dan der Kurfurstin disch. die Kurfurstin sullen undir in inglichir hohe stule und dische han undir des Keisirs geselze sins dischis sal man bereiten denselbin Kurfurstin geistlichin und werntlichen zu der rechtin hant dry. zu der linckin hant dry geseszin. daz sebinde geseze sal man bereitin glich gein des Keisirs adir Konigs antzlitze / als iz davor von dem sitzin der Kurfurstin uzgesprochin ist. auch also daz nieman andirs waz wirdekeit er ist. sitzin sal undir in adir zu den dischin/ Iz zemit auch nit den werntlichin Kurfurstin / daz ir eynre sich setze zu sime dische die wile der andir enre sin mit Kurfurste sin amt noch dan zu dunde hat. wan so ir einre sin Ampt fullinbracht hat so sal er gen zu dem dische der eme bereit ist/ und sal da by stende beidin biß daz die andirn ir ampt hant gedan/ da nach sullin sie sich alle und sundir mit einandir setzin zu dem disschin als in ir ietlichim bereit ist. wir han daz auch fundin von warir sage und gesetze der altin von der zit itzunt nieman andirs gedenckit/ daz von unsirn seligin furfarin fliszetlich gehaltin ist. daz eins Romischin Königs kure zu Frankinfurt in der stat geschehin sal. zu Ache gecronit werdin. sin irsten hof zu Nürmberg

berg haltin. darumb wullin wir von sichirn sachin daz dieselbin ding in kunfftigin zitin gehaltin werden. Ez inwere dan daz den vorg. stuckin allin adir etlichen redeliche hinderniße begente. wan iz auch geschehe/ daz ein Kurfurste geistlich adir werntlich mit rechtim hindirniße geirrit werde. So ergeheischin were zu dem keisirlichin hofe. und nit komen mochte. der bode adir Procurator den er sendit. und den man zu sal laßzin/nach dem alse sin gebot stet. waz wirdekeit adir wesins er ist. So sal er doch nit zu dische adir zu stule sitzin/alse dem bereit ist/der in gesant hat/so nü alleding fullinbracht sint/die zu keysirlichim adir zu koniglichim hofe zu richtin sint/so sal der hofe meistir zu eme nemen allin bu keisirlichis adir koniglichis gesetzis/da Keisir adir Konig gesetzen ist/ mit den Kurfurstin den hoff zu halten / adir lehin zu lihin/alse vor uz gegebin ist.

Daz XXIX Cap. von den Fürstin die lehin imphahint waz sie gebin sullint. et cetera.


Wir setzin mit desem keisirlichin gesetze / daz die Kurfurstin geistlichin und werntlichin so sie konigliche lehin von Keisir adir von Konige inphaint so sullin sie nieman gebundin sin icht zu gebin. wan daz gelt daz in solicher wise gegebin wurde. daz hurte den amptluden zu. wan nu alle Kurfursten in keisirlichem hofe ubir alle ampte sin. wan sie kamerer kochinmeistir schencke und Marstellir sint und hant undir in In denselbin amptin gesetze undirdan die ime von Romischin Fursten gegebin und gewedemit sint. darumb were iz ein daube rede daz die undirdane amptlude von irin Obirstin ampt herrin. und in welchir wise daz geschehe. Ez were dan villichte daz dieselbin Kurfurstin irin undirn amptluden etwaz frilich und willeclich wultin gebin. Abir die andir Furstin des Richis / geistlich adir werntlich so ir eynre lehin inphehit von Romischim Keisir adir Konige der sal gebin den amptludin in des Keisirs adir Konigs hofe LXIII marck silbirs und eynen firdung/ Ez sy dann daz ir einre mit friheit adir mit keisirlichir adir mit koniglichir laube sich beschirmen moge und bewerin daz er ledig uzgenomen sy von solichir gulde und auch von andirn dingen die von gewonheit sint zu geltin/umb soliche inphahin der lehin. Die vorg. LXIII marck und firdung silbirs sal der hofemeistir des Keisirs adir Konigs also deilin/Er sal eme selbir zum irstin behaltin X marck/ dem kanzelir zehin marck/ dem meistirn den schribirn. den dicterern III marck dem Ingeßzr umb daz waz und birmynt den eynen firdung/also daz der kanzelir und die schribir dem furstin der daz lehin inphangen hat nit andirs sint schuldig zu gebin dan gezug brieffe des inphangen lehins adir eynen brief eynem eynfeltigin in leidunge auch sal der hofemeistir gebin dem schenkin von Limpberg X marck. dem kochinmeistir Norttinberg X marck. dem undirmarschalke von Pappinheim X marck/ dem kemerer von Falkinstein X marck/mit solichin gedinge ob

 sie

sie und ir iegelichir geinwurtig sint in den hohen hofen und iegelichir / dinte sime Ampte. were abir daz die vorg. undir amptlude. adir ir iegelichir nit geinwurtig weren. so sullins die amptlude des Keisirs adir Konigs die ubir solich ampt sint / der abesint. der stat sie virwesint in des ampts namen und arbeit er dreit also sal er nutz und gewin nemen. So auch ein Furste lehin inphehit von Keisir adir von Konige und uff eyme Pherde adir uff eyme andiren fiehe / sitzit. daz phert adir daz fiehe wilchirleie iz ist. Sal deme obirstin Marschalke deme Hirtzangin von Sassin werdin ob er geinwurtig ist / andirs iz wurde dem undir Marschalke von Pappinheim ist er nit da so wirt iz des Keisirs adir Konigs hofemarschalg.

Daz XXX Capit. von dem manigir hande zungen der Kurfursten

Sit daz die Wirdekeit Romischis Richis hat zu bedrachtin gesetze unde uz richtin maniger hande lande die undirscheidin sint / an setin / an leben / an sprache / so ist von urteil allir wise wirdig und nutze geachtit / daz die Kurfursten die da sint sule und gledir des Richis sin gelerit in undirscheit manigir hande sprache / unde zungen / daz sie fele lude virsten uñ auch daz man sie virste und daz sie mit sorgsamkeit vil lutin ir not uff-hebin / darumb setzin wir / daz der herluchtin Kurfursten des Konigs von Beheim der Paltzgraue von Rine / des Hirtzangin von Sassin und des Marggrauen von Brannenburg Sone adir ir irbin / adir ir nachkomen gelerit werdin in latiner lampertir und slesener zunge. an zu fahin von deme Jare irs altirs / wan iz do für zu haltin ist / daz in dütsche sprache zu wissin natürlich ingeplantz ist von kintheit zu lerin / also daz sie undir XXIIII Jarin irs altirs gelerit sin In solichin zungen alse sie dan gnade von Gode darubir han inphangin. daz wirt nit alleine nutze / iz wirt auch von vorg. sachin gar hohe notdürfftig gehaltin. darumb daz die zungen dicke zu nutze und notdurfft des heiligin Richis gewonlich sint zu übin und in strengen sachin des richis me virjagit werden / dese wise zu lernen setzin wir also zu halten daz iz blibe an fedir wille ob sie sone hant adir ire nestin von den sie sich virsehin daz sie irben an den Fürstendum schickin zu den Stedin da sie die selbin zungen mogen lernen. adir in zu fügin in irin eygin husirn zuchtmeistir lere und kinde mede gesellin / die auch darüme virstendig sint mit der wandele und lere sie mit einandir mögint in den zungin undirwisit werden.



ANDRONICI
Ejusdem nominis *SECUNDI*
IMPERATORIS CONSTANTI-
NOPOLITANI

AUREA BULLA

DATA
ANNO CHRISTI MCCCXXX

HENRICO
Henrici Mirabilis *Filio*, Alberti Magni *Nepoti*,
DUCI BRUNSVICENSI
Regiones Orientis perlustranti.

Cum NOTIS

HENRICI MEIBOMII
Lemgoviâ-Lippiaco-VVestphali
Poëtæ Cæsarei & in Acad. Julia Prof.
quondam celeberrimi.

Et

ADDITIUNCULIS
HENR. GÜNTERI THÜLEMARII.

Tertiùm recusa
ANNO M DC XCVII.

HENRICUS GÜNTERUS THÜLEMARIUS


L. B. S. D.

A*Ndronici II. Imperatoris Constantinop.* Auream Bullam, *datam Anno 1330* HENRICO, *Henrici Mirabilis Filio, Alberti Magni Nepoti, Duci Brunsuicensi, postquam Clariss. Dn.* Henricus Meibomius *quondam Acad. Juliæ Histor. & Poët. Prof. celeb. ex Collegii Sancti Blasii in Civitate Brunsuicensi florentis Archivo (in quo custodiebatur) communicante Valentino Mullero JCto & Collegii istius S. Blasii Decano nactus esset, cum* Notis & Narratione exquisita de Ducis ejusdem Henrici posteris *edidit. Quoniam autem nullum ferè editionis, tàm à modo laudato Viro, quàm ejusdem Nepote emendatissimo* D. HENRICO MEIBOMIO, *Acad. Helmstadiensis impræsentiarum Medico & Polyhistore incomparabili anno 1660 procuratæ, in tabernis librariis extat exemplum, ideo, ut faciam nonnullorum Eruditorum desiderio satis, Bullam istam Andronici cum Notis Meibomianis iterum evulgo.* Narrationem *autem illam, ante & post Notas quæ legitur, utpote ad scopum meum non facientem, omisi. In fine Notarum* additiunculas *quasdam adjeci, quas ut candore tuo B. L. digneris, etiam atq; etiam rogo. Scrib.* Heidelbergæ *in Museo d. 12 Januar. Anno 1682.*

Bulla Aurea ANDRONICI Imp. ita ſe habet:

ANDRONICHUS in Xρο Deo fidelis Imperator & moderator Romeorum, Paleologus, excellentisſimis Regibus, nobilibus & egregiis Principibus, Comitibus, Marchionibus, Capitaneis, Communitatibus, Dominis, Caſtellanis ac Poteſtatibus, Rectoribus, ac etiam univerſis & ſingulis, tàm eccleſiaſticis, quàm ſecularibus, ad quos præſentes advenerint, ſalutem cum Imperiali affectione. Cum magnificus & nobilisſimus Vir HENRICUS DUX BRESVICENSIS, cognatus carisſimus Imperii noſtri, per diverſas mundi partes greſſus ſuos dirigere intendat. Inde nos rogamus attente, ut amore Imperii noſtri ipſum Henricum commendatum habere velitis, veſtrumque auſilium, conſcilium & favorem tribuentes. Quidquid autem erga ipſum honoris & juvaminis noſtro Imperio proprio reputabimus fore factum. In cujus rei teſtimonium præſens privilegium Aureâ Bullâ munitum munimine jusſimus roborari. Datum in caſtro Dimonci noſtri Imperii, Anno Dominicæ incarnationis MCCCXXX die ſexta Januarii.

Subſcripſio prima. Subſcripſio altera.



Sigillum ſive bulla aurea.




V. Cl.

HENRICI MEIBOMII
NOTÆ.

HActenus Bulla Andronici, cujus ortographiam ita religiose retinuimus, ut etiam vitia manere passi simus. Latinè autem ab Imperatore Græco scriptam non immeritò mirere: nisi suspicari libeat, sub *Latinis* sive *Francicis Cæsaribus*, qui ut aliqui colligunt LX vel ut Pachymeris fragmenta lib. 2 annotant L annos & VIII menses *ByZantii* imperarunt, Græcos externæ Linguæ commercium admisisse. Cui suffragatur, quod tunc temporis propter crebras præcedentium temporum ab Imperatoribus & Principibus Christianis pro recuperanda ex Barbarorum manibus Palæstina institutas expeditiones, peregrini coloni in Orientalibus regionibus magno numero consederant. *Veneti etiam* cum *Genuensibus* & *Pisanis*, qui mari omnes multum poterant, in lacero isto & dissipato, veréque, ut Poëta loquitur, *lamentabili regno* Græciæ, partim invitantibus, partim invitis Imperatoribus, nidificabant,deque potentia ac ditione sua cum alterius injuriâ amplificanda dilatandaque supra modum soliciti, linguam, quâ ipsi utebantur, in occupatas regiones & regna paulatim inferebant. Neque ignotum, quomodo Michaëlus qui ex Palæologis primus cum imperio fuit (quod tyrannidi suæ diffideret) de ineunda veteris & novæ Romæ Ecclesiarum concordia serio molitus sit, missaque Romam legatione splendida, à Papa, quantumvis reclamantibus Byzantinis sacerdotibus, aliquid fucatæ & evanidæ consensionis impetrarit. Quid? quod ipse ejus rei causâ ad Concilium Lugduni in Galliis à Gregorio X ad A. C. MCCLXXII indictum accedere non detrectarit? Unde sine dubio per orientem linguæ Latinæ, tàm in templis, quàm aulis, major, quàm antea fuerat, usurpatio. Sed hâc scholâ omisâ Bullam ipsam nonnihil dispiciemus.

A*Ndronichus in* X̄ρo *Deo*) Vitiosa statim in initio scriptio, ab inscitia scriptoris profluens: neque enim apud Latinos, quod monumenta nostratia ostendunt, nedum apud Græcos aliter quàm Andronicus scribebatur. Titulus modestior magisque compositus est illo, quem usurpavit Manuel, Friderici Barbarossæ coætaneus. Qui ita apud Albertum Stadensem ad annum MC LXXIX ampullatur: *Manuel in Christo Deo fidelis Imperator, Porphyrogenitus* (*) *divinitus coronatus, regnator potens, excelsus & semper Augustus, & moderator Romanorum Magnificus.* Reponitur crambe illa à Crancio *Saxon. lib. VI cap. XXXVII* & *Metropol. lib. VII cap. V.* Inanior

nior autem, multoque magis ridiculus alter ejusdem Manuelis ſtrepitus (**) relatus à Doctiſſimo Camerario in Chronologia Nicephorianâ ad hunc modum: Μανουὴλ ἐν Χριστῷ πιστὸς βασιλεὺς ὁ πορφυρογέννητος, ῥωμαίων αὐτοκράτωρ, εὐσεβέστατος, ἀεισέβαστος, αὔγουστος, ισαυρικὸς, κιλικὸς, ἀρμενιακὸς, δαλματικὸς, οὐγγρικὸς, βοσευτικὸς, χροβατικὸς, λαζικὸς, ἰβηρικὸς, βουλγαρικὸς, σερβικὸς, ζηχικὸς, χαζαρικὸς, γοτθικὸς, θεοκυβέρνητος, κληρονόμος τοῦ στέμματος τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, καὶ ψυχῇ νεμόμενος πάντα τὰ τούτου δίκαια. Quæ latinè ita ſonant: *Manuel in Chriſto fidelis Rex, Purpurigena, Romanorum Imperator, pietate præſtantiſſimus, ſemper venerandus, Auguſtus, Iſauricus, Cilicicus, Armeniacus, Dalmaticus, Ungricus, Boſeuticus, Crabaticus, Lazicus, Ibericus, Bulgaricus, Servicus, Zechicus, Chazaricus, Gotthicus, qui gubernatur à Deo, hæres coronæ Magni Conſtantini, & animo colens omnia jura ipſius.* En tibi ineptias variorum ac multiplicium titulorum coacervatorum, quos aliæ quoque (***) gentes uſurparunt, ſive Græcorum levitatis imitatione, ſive propriæ vanitatis arrogantiâ.

Palæologus) Fuit Andronicus ὁ δεύτερος. filius *Michaeli* junioris, *Andronici* primi nepos, pronepos *Michaeli* ſenioris cognomento Palæologi, qui ſub ſpecie tutelæ filiorum *Theodori Laſcaris* imperium arripuit, coronatus A. C. MCCLIIX. Latinos Conſtantinopoli ejecit triennio poſt, utque imperium per tyrannidem occupatum ſibi ſuisque confirmaret, ad concilium Lugdunenſe A. C. MCCLXXII celebratum concordiæ cum Latinis ineundæ causâ acceſſit, ſed A. C. MCCLXXXIII vitam cum morte commutavit, cùm quinquageſimum octavum annum ſuperaſſet.

Hujus filius fuit Andronicus, ὁ πρῶτος ſive ſenior, cui duæ fuerunt uxores: prima *Maria* Hungarica, mater Michaeli junioris, qui vivo parente coronatus & A. C. MCCXCIV die Conſtantini: verum ante patrem obiit A. C. MCCCXIX relicto filio Andronico juniore.

Altera conjunx Andronici ſenioris fuit Irene Longobarda, filia *Bonifacii V* Marchionis Montisferrati, mater multorum liberorum, *Demetrii*, *Theodori*, *Joannis*, & *Simonidis* filiæ, nuptum datæ *Crali* Regulo Serviorum.

Atq; hæc eſt prima affinitas inter duas familias æquè illuſtres, Palæologã Græcam & Brunſuicenſem Germanicam: nam ſupra meminimus in matrimonio Alberti Magni Brunſuigii fuiſſe Adhelizam Montisferratenſem. Ex fide Chronici ante CCC & LX circiter annos rithmis concinnati hæc affirmo, neque moror vel Chronicon Saxonicum, vel recentiores, *Alexinam, Aldebrandini* Marchionis Eſtenſis filiam Alberti Magni conjugem ſecundam inculcantes. Sed quid vetat quin rithmos ipſos adjiciamus?

Von Bruneſchwich dher Vurſte riche/
Reit darnach viel Vurſtenliche/

Nach

Nach einer Maget schone/
Zo Engeŋland von dher zo lone
Her sützer minne gerte/
Dher in dhe Köninginne werte/
Dhe ir Mume was.
Dhe Maget se im gaph als ich las.
An eren harte menichvalt
Vil wunderen wol se was gestalt
Ir name was Adhelize;
Geziret wol mit vlize
Was ir lip vern und na.
Marchreue Otto von Munsera
Seyt men/ daz ir Bruder were
An Lumbardie ein Vurste mere.

Nunc in Græciam ad Palæologos redeundum. In his Andronicus senior nepoti suo Andronico conjugem dedit *Irenen Alemannam*. Hæc sine dubio Henrici Mirabilis filia est Adelheidis, quæ secundum Chronicon Saxonicum Græcorum Regis filio copulata fuit. Nec quemquam movere debet, quod quæ Nicephoro Gregoræ est *Irene*, Chronico prædicto *Adelheidis* appellatur. Potuit enim Andronicus eodem modo, quo secundæ conjugis ex Longobardiâ sive Sabaudiâ, ut aliqui volunt, oriundæ, nomen mutavit, prioris etiam nomen, utpote Græcis peregrinum & insolens, repudiare, aliudque substituere (****) de quo planè sum certus. Impingit autem Gregoras, quando Irenen, vel ex *Alemanniâ*, vel ex *Occidentali Francia* ortam fuisse dicit. *Orientalem* enim voluit (debuit sanè) dicere Franciam, quâ appellatione veteres magnam Germaniæ partem complexi sunt, ut Otto Frisingensis *lib.* VI *cap.* 2 & Gotefridus Viterbiensis *parte* XVII innuunt.

Nuptiæ hæ contractæ sunt Anno Christi MCCCXIIX, ut observavit Gregoras *lib.* IIX, liberis tamen caruit Irene, ut idem Historicus. Vivendi finem fecit anno conjugii VIII, qui est Christi MCCCXXVI. Cætera quæ ad Andronici historiam pertinent: quomodo avum Imperio exuerit, inque monasterium detruserit à Nicephoro Gregorâ *lib.* VIII. IX & X prolixè exponuntur: sed quæ huc non pertinent.

Altera autem hæc est domus Brunsuicensis cum familiâ Palæologâ affinitas & quidem propinquior, incertum per quam occasionem contracta: nisi suspicari velimus, generosam Virginem apud cognatos Montisferratenses in Longobardia, vel alibi extra patriam in regio, aut alio illustri gynæceo educatam, indeq; petitam. Quam conjecturam sub judicium lectoris venire patimur.

Nobi-

Nobilibus & egregiis Principibus) *Nobilissimus* olim Imperator audiebat, ut est in *L. quæris* 3 *D. de natal. restitut.* Postmodum designati Cæsares, Imperatorum Uxores, & qui ab Imperatoribus dignitate proximi erant, hoc titulo fuerunt honorati, quod pluribus docet Jul. Cæs. Bulengerus *de Imperat. Rom. lib.* 2 *cap.* IX. Andronicus igitur Imp. hoc in loco Principes sibi subjectos, Comites & Marchiones, respectu sui *nobiles* tantum vocat, & *egregios*, qui infimæ nobilitatis alias tantum erant. At *Henricum Brunsuicensem* Principem exterum, hospitem & cognatum, vocat *nobilissimum*, tanquam à se proximum, vocat *magnificum*, qui titulus cum illustribus & illustrissimis coincidebat. Unde in *L. XXXII Cod. de appellat.* Præfectus prætorio § I illustris § IV magnificus appellatur. Sequentibus temporibus, & cumprimis in Germania, magna simplicitas in titulis & modestia viguisse deprehenditur. Imperatores ipsi, Principesque sæpe magni tum Ecclesiastici tum Politici, longè inferiores jam dictis titulos non aversati fuerunt, quod multa me docuêre monumenta. Exempla quædam addam. In literis Conradi de Dorstad, nobilis Dynastæ, sive Baronis Saxonici ad annum MCCLVII hæc habentur verba: *cum conniventia honorabilis viri Domini Wilhelmi Regis Romanorum.* Literæ Magni Torquati Ducis Brunsuicensis hoc modo clauduntur: **Hir hefft over gewesen de Erbare Vorste/ Bischoff Albert van Halverstadt/** anno MCCCLXX. Wernerus & Otto, nobiles Dynastæ in **Hadmerschleven** & **Egelen** ita affantur Ottonem Ducem Brunsuicensem: **Werner und Otte, de Edlen von Hadmersleve/ und Heren tho Egelen beden dem Achtbaren Vorsten useme Heren Hertogen Otten von Brunschwick/ use berede unde willege Denste:** literæ datæ sunt A. C. MCCCXLI. Hugo miles & Johannes famulus, dicti de Escherte, scribunt Domino suo, Joanni Comiti de Roden & Wunstorpe: *Viro nobili & honesto:* in literis datis anno MCCCXXIX. Otto Dux Brunsuicensis jam dictus, vel alius ejusdem nominis, in instrumento quodam donationis se ipsum nominat *Domicellum de Brunsvick:* annus adscriptus est MCCCXXIX. Quantum verò discrepat simplicis istius seculi modestia ab insolenti lascivientis temporis nostri fastu.

Dux Bresvicensis.) Alterum σφάλμα scriptoris. Familiare autem tam Græcis, quam Latinis auctoribus, nostratia nomina fœde corrumpere, partim imperitia linguæ, partim præpostero quodam elegantiæ studio. Exempla invenias apud Strabonem, Cæsarem, Florum, Tacitum aliosque ex veteribus. In recentioribus nemo ea in re magis ineptit, seu potius insanit, quam Paulus Jovius. Nec reticendum, quod Ottonem Comitem Tarentinum, Henrici Mirabilis filium, de quo multa mox dicturi sumus, Bonfinius *Hungar. rer. decade* II *cap.* 3 pro Brunsuicensi, Brundusiensem Ducem

cem appellat. Audiant hac de re ſcriptores Aventinum rectè ſentientem in Nomenclatura annalibus præmiſſa: *Propria nomina*, inquit, *non ſunt vertenda, ſed literis aucta aut diminuta, Romana incude formanda: ita Plinius docet: ſic Hermolaus commonet, & ego apud illuſtres rerum ſcriptores diligentius obſervavi.*

Cognatus cariſſimus.) Cognatum vocat, quem *affinem*, vel *ſororium* dicere debebat. Forte quia Irene Auguſta, Henrici ſoror, in vivis eſſe deſierat, arctioris neceſſitudinis vocabulum omiſſum.

Privilegium aureâ bullâ munitum) Bullæ appellatione inclinantis & ſequioris Latinitatis ſcriptoribus veniunt literæ ab Imperatoribus aut Pontificibus profectæ: aut potius ſigilla literis ipſis appenſa. Hugowicio Lexicographus vetus: *Bulla etiam quandoque dicitur ſigillum, quod ceræ imprimitur, unde bullare, ſigillare, bullatus, ſignatus;* Græcis recentioribus eſt βȣ́λλα: unde βȣλλεύειν, *ſignare*, ἀβȣ́λλωτ☉, *non obſignatus.* Erant autem bullæ illæ, ſive ſigilla, nunc aurea, nunc argentea, nunc plumbea, nunc cerea, quibus Imperatores olim pro diverſitate perſonæ, ad quam, aut materiæ, de qua ſcribebant, utebantur. *Aurea Bulla* Græcis communiter χρυσόβȣλον dicitur. Luitprandus Epiſcopus Cremonenſis Hiſtor. Legat. ſuæ ad Niceph. Phocam Imp. Conſtantinopolitanum, χρυσοβȣ́λιον appellat, & interpretatur *epiſtolam auro ſcriptam*; ſed male (††) *aureo enim ſigillo ſignatam* dicere debuiſſet. Talis bulla fuit Caroli IV Imp. illa, quæ Κατ' ἐξοχὴν hodie AUREA BULLA dicitur, nemini non nota, talis hæc eſt de qua nos agimus. Datum autem hoc honoris Henrico Brunſuicenſi, ut aurea bulla ipſi provideretur; qvum Papam Romanum ſui temporis eo dignari honore noluerit Nicephorus, quem dixi, ſatis arbitratus, ſi literas argento ſignatas ei mitteret, ut idem habet Luitprandus. Erant autem Bullis impreſſæ imagines Cæſarum, etiam apud Romanos: hinc diplomata non pauca ita clauduntur: *ad cujus rei memoriam, & robur perpetuo valiturum, præſens privilegium fieri, & bullâ aureâ typario noſtræ majeſtatis impreſſa juſſimus communiri.* Vide Cuſpinian. *in Auſtria*, & Knichium *in Epopſi*, ubi Friderici II Imp. Diplomata.

Anno Dominicæ incarnat. M CCC XXX.) Græci annos ſuos non à Chriſto nato, ſicut Latina Eccleſia, ſed ob Orbe condito numerant: ſecuti tamen non fontes Hebraicos, ſed vitioſam Septuaginta Interpretum translationem. Fuit autem annus, quo datæ hæ ſunt literæ, Græcis ab Orbe Condito MMMMMM DCCC XXXIIX quo tempore Andronicus II añorum erat XXXIV. Irene, quæ noſtris Annalibus Adelheidis, conjux ejus ante quatuor annos tum è vivis exceſſerat.

Hactenus de Bulla ſive literis Andronici Imperatoris: ſequitur, ut de

C ſub-

ſubſcriptionibus ſive ſignis aliquid adjungamus. Subſcriptiones rubri ſunt coloris, unde conjicio eos ipſius Andronici eſſe. Nam iſtiusmodi morem uſurpaſſe Auguſtos, aliisque indulſiſſe, patet ex Gregorâ, cujus lib. IV hæc ſunt verba: *Pater* (Michaël) *Andronico* (ſeniori filio ſuo) *permiſit ſubſcribere rubris literis.* Pachymerius lib. IIX. *Imperator cinnabari ſubſcripſit.* Vid Jul. Cæſ. Bulengerum loco adducto, cap. x. Niſi forte credamus ſubſcriptionum alteram ex his eſſe magni Logothetæ, qui nobis eſt Cancellarius. (†††) Fidem facit Curopalates *lib. de Officialibus Palatii Conſtantinopolitani.* Ubi ſic ſcribit: ὁ μέγας λογοθέτης διατάττει τὰ περὶ τȣ͂ βασιλέως ἀποςελλόμενα προςάγματα καὶ χρυσόβȣλα πρός τε Ρῆγας, Σουλτάνȣς, καὶ Τοπάρχους. Καὶ τȣ͂το μὲν ἴδιον τȣ͂ μεγάλȣ λογοθέτȣ ὑπηρέτημα. hoc eſt: *Magnus Logotheta diſponit mandata & bullas aureas quæ ab imperatore mittuntur ad Reges, Sultanos & Toparchas. Atque hoc quidem proprium eſt magni Logothetæ miniſterium.* In hoc munere temporibus Andronici junioris erat *Metochites*, teſte Nicephoro Gregorâ.

Sigillum, ſive ipſa bulla aurea, cujus ab utraque parte figuram repræſentamus, ſerico violacei coloris ligamento, literis ipſis in membrana rudi ſcripturâ exaratis, adſtringitur. Eſt autem ex auro, non Pannonico, ſed Rhenano, fabrefactum ex duabus laminis tenuisſimis ita conferruminatis, ut in medio leniter extuberantes cavitatem efficiant, per quam filamenta deorſum verſus tranſeuntia, ſubtus ſe in nodulum colligunt.

De titulo Δεσπότȣ, qui Andronico in ſigillo tribuitur, ſciendum, generaliter pertinuiſſe ad ipſum Auguſtum, quique ab eo proximi, ſive naturâ tales eſſent per ſanguinis neceſſitudinem, ſive inſtitutione. Specialiter ejus erat proprius, qui ſecundus à majeſtate Imperatoriâ, quem recentiores aliqui Σέβαςον appellarunt: Nadabus Agmonius (††††) Notis in Curopalatem. Animadvertas autem geminum σφάλμα ſcriptionis in ſigillo: primum eſt, quod in ultima ſyllaba vocis ΔΕΣΠΟΤΗΣ pro H uſurpatur I, alterum quod ΠΑΛΕΟΔΟΓΟΣ ſcribitur pro ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΣ. *Hactenus Cl. Meibomius.*

HENR. GÜNTERI THÜLEMARII
ADDITIUNCULÆ.

*

ad verb. *Porphyrogenitus.*)

I. De hujus nominis origine non una eſt Scriptorum ſententia. Nonnulli à purpura ſeu purpureo veſtitu, quo Imperatorum infantes conſpicui erant, derivant, atque hanc in rem adducunt Herodianum *in Jul. lib.* 2

τȣ́ντȣ

τήντε βασίλειον πορφύραν περιβάλλοντες & Claudianum *de 3 Consulat. Honor.*

— — cognata potestas.
Excepit Tyrio venerabile pignus in ostro.

& 4 *Conf. Honorii:*

Acclivis genetrix auro, circumflua gemmis
In Tyrios enixa thoros: ululata verendis
Aula puerperiis
Et alibi:
— — & patrio felix adolescis in ostro,
Membraque vestitu nunquam temerata profano
In sacros cecidere sinus.

2. Marcus Diaconus Gazensis Ecclesiæ *in Vita S. Porphyrii Episcopi sui* Theodosium Juniorem *in purpura natum* scribit, atque adeò fasciis purpureis illigatum & circumvolutum oblatum Imperatrici.

3. Senator (allegante Dn. Carolo du Fresne *in glossar. voc. Purpurati*) lib. 2 Epist. 1 hanc in rem ita: *Placidiam mundi opinione celebratam purpurato filio* (Valentiniano) *studuisse percipimus* Apud eundem *lib.* 8 *epist.* Athalaricus Rex *purpuratam infantiam* appellat filium. Apud S. Hieronymum *in epist.* 9 Nebridius gener Stilichonis *purpuratorum socius* h. e. filiorum Imperatoris fuisse dicitur.

4. Guilelmus Neubrigensis *hist. de gest. Angl. lib.* 3 *cap.* 4 & Guil. Malmesburiensis cognomine Sommerset *hist. lib.* 3 Manuelis Imperatoris filium Alexium etiam *purpuratum* vocant.

5. Applicare huc quoque quidam volunt quod Commodus Imp. de se inquit: *Nunc me vobis, fortissimi milites, fortuna Principem defuncto patre, non quidem electum, sed in Palatio natum atque educatum dedit, ut qui nec in plebejis vagii cunabulis: simul enim me in lucem mater edidit, veste Imperiali amictus sum, eodemque momento me sol hic Principem atque hominem vidit.*

6. Pontifex Johannes VIII *epist.* 125 Ludovicum Balbum Franciæ Regem vocat *Porphyreticum,* quasi dicat in purpura natum, quemadmodum de Honorio Idacius, & Ottone 3 Imp. dixit Author *vitæ S. Adelberti Episcopi Pragensis cap.* 20 & non alium intelligunt quàm quem in *Imperio natum* scribit Conradus à Lichtenau Abbas Urspergensis.

7. Hæc & similia pro ista opinione allegantur. Sed insuper habitis istis, authoritate Græcorum & fide dignissimorum Scriptorum coætaneorum non à *purpura,* sed *loco in quo conjuges Imperatorum partum edebant,* nomen *Porphyrogeniti* derivamus. Putamus autem his magis quàm peregrinis hominibus fidendum.

 8. Theo-

8. Theophanes Byzantinus (cujus verba adduxit Bertramus in notatiunculis ad Reinesii commentat. de Palatio Lateran.) eleganter perorat caussam inquiens: *Olim quidam erat locus Imperatorius ad procreandos liberos separatus, quem Porphyram adpellabant, & in eo loco natos Porphyrogenetas; rursus aliæ sedes ad nutriendos infantes, ubi sensim ætate proficerent, & omnem regiam & Imperatoriam disciplinam sub pædagogis & magistris caperent. Cùm autem ad perfectionem ætatis & disciplinæ pervenissent, in ipsum regium & Imperatorium thalamum admittebantur, vitam cum patre ac rege acturi & ejus bonorum communionem adepturi.*

9. Idem testatur Luitprandus *in histor. rer. per Europam gestar. lib.* 1 *c.*2, verbis: *Porphyrogenitum non in purpura sed in domo, quæ Porphyra dicitur, natum appello. Et quoniam res processit in medium, quod de hujus Porphyrogeniti genesi audivimus, proferamus. Constantinus Imperator Augustus, ex cujus nomine Constantinopolis est sortita vocabulum civitas, Domum istam ædificari jussit, cui Porphyra nomen imposuit, voluitque successuram nobilitatis suæ sobolem istic in lucem prodire, quatenus qui ex suo stemmate nascerentur luculenta hac appellatione Porphyrogeniti appellarentur.*

10. Quamvis hic Cremonensium Præsul quæ narrat ipse Constantinopoli observaverit, cùm ab Italiæ Rege Berengario ad Nicephorum Phocam Constantinopolitanum Imperatorem legatus esset, in eo tamen errat, quod Constantinum M. ejus rei authorem facit, forsan deceptus fuit à vulgo, qui in omnibus antiquitatem præ veritate adfectat, sequiturque, & clarorum virorum famam non veris laudibus, sæpe etiam fabulis, piâ scilicet fraude & mendacio officioso ornare solet. Id quod Constantino vel maximè contigit, uti Cunæus *præfat. in Juliani Cæsares* demonstravit. Neque verò id siluisset Anna Comnena, quæ annis post Luitprandum 200 se πορφύρας τεθήνημα καὶ γέννημα, *in purpura natam & educatam* jactat *lib.* 1 *Alexiad.* si ejus rei auctorem fuisse Constantinum M. cujus nomen & famam adeò ambiebant omnes, & ad quem genus suum referre pro divino quodam habebant, indubitato tum credidissent, Celeberr. Reines. *de Palat. Later. p. m.* 69.

11. Eadem Anna Comnena (de cujus ingenii dotibus vide quæ *in not. ad Sapphirum Constantii Freh. n.* 5 scripsi) *lib.* 7 *Alexiad.* edit. à Davide Hœschelio anno 1610, expressis quoque memorat verbis domum fuisse nomine *purpuram* partui Augustarum dicatam τὴν βασιλίδα κατὰ τὸ ἀφωρισμένον πάλαι ταῖς τικτούσαις τῶν βασιλίδων οἴκημα ἐπὶ ταῖς ὠδῖσιν εὑρηκὼς πορφύραν τοῦτο, ἀνέκαθεν ὀνομάζουσιν ἐξ οὗ καὶ τὸ τῶν Πορφυρογεννήτων ὄνομα εἰς τὴν οἰκουμένην διέδραμε.

12. Chry-

12. Chrysologus ait: *purpuram* esse cubiculum in quo Imperatrices partu solverentur & filios parerent. Huc faciunt illa Nicetæ Choniatis *lib. 5 hist.* ὠκονομήθη ἡ ΠΟΡΦΥΡΑ πρὸς τὴν ὑποδοχὴν τῆς γενήσεως. ὡς δὲ κατέπειγον αἱ ὀδῖναι καὶ ἐν τοῖς τῆς ΠΟΡΦΥΡΑΣ ἡ δεσποίνια ἦν. i. e. *PORPHYRA exstructa est ad excipiendum partum. Cum autem urgeret partus & intra PORPHYRAM domina esset.*

13. P. Diaconus *lib. 23* ita: incluserunt Constantinum Irenes filium *in domo purpurea in qua & natus* & necatus. Hinc Manuelem Comnenum, ut sanguinis Imperatorii genuinum germen, πορφύρας χρυσοῦν ῥόδον *auream Purpuræ rosam* appellat Constantinus Manasses *in annal.*

14. Hanc Domum idem Manasses *Synops. hist.* vocat *domunculam*, quando de eodem ipsi sermo est Constantino:

ἐκει τὰς ὄψεις ἐκκοπείς καὶ σβεσθεὶς τὰς κόρας
ὅπου τὸ πρῶτον ἔβλεψεν ἡλίου τὰς λαμπάδας
ΠΟΡΦΥΡΑΝ ὀνομάζοισιν ἐκαινον τὸν οἰκίσκον.

i. e. *illic oculi sunt ei eruti & pupulæ extinctæ, ubi primum vidit solis lampadem*, purpuram *vocant hanc* domunculam.

15. Et qui ex Imperatorum liberis in *hac domo* seu *Purpura* non nascebantur, Porphyrogenitorum nomine haut coruscabant. Id apparet ex Zonara, qui inter Constantini Ducæ filios tertium Πορφυρογεννητὴν appellat, Michaëlem autem, & Andronicum neutiquam, licet natu majores, quoniam hos ex ἰδιωτεύοντι ἔτι Constantino, illum ex βασιλεύσαντι conceperat & in Purpura pepererat Augusta Eudocia. Constantinum etiam Leonis Philosophi filium, Basilii Macedonis nepotem, ideò Porphyrogennetam, testibus Luitprando & Balsamone, nominarunt, quia in domo Imperatoria, quæ *Porphyra* dicebatur, natus, ob quam quoque causam & Leoni patri Luitprandus Porphyrogennetæ nomen tribuit, quod tamen ejus natu majori fratri Constantino non contigit, quia nec ei in *Porphyra* nasci contigerat. Reines. *d. lib. p.* 71.

16. Ex his affatim constat de veritate nostræ sententiæ, quam etiam amplectuntur Leonclavius *in not. ad Const. Manass.* Matthias Martinius *Lexic. etymol. voc. Porphyrogenneta* Celeb. D. Joh. Christ. Becman. *notit. dign. illust. diss. 2 cap. 3 n. 1*, Cl. Joh. Jacob. Hofman. *in Lexic. univ. Voc. Græcia.* Thom. Reinesius *d. lib. p. m. 6.*

17. Duravit autem ista denominatio usq; ad excidiū Constantinopolis sub Constantino ultimo añō 1453. Discimus id ex Græca epistola (quam è MSto

 exem-

exemplo edidit Martinus Crusius *Annal. Suev. part.* 2 *lib.* 12 *c.* 15 *in princ.*) Johannis Dociani ad filiam Constantini istius Imp. Helenam decimum ingressam ætatis annum, cujus præceptor erat, in qua eam πορφυρόβλαςον αὐθεντόπȣλαν τῶν Ρωμαίων vocat.

18. *Divinitus coronatus.*) Imperatores Byzantini non solùm in diplomatibus θεοςεφεῖς *à Deo coronati*, dicuntur, sed & ipsorum nummi ostendunt Servatorem nostrum sibi ad latus positum & diadema manu suâ imponentem, ad exprimendum videlicet titulum illum Θεοςεφῶν, *à Deo coronatorum*, M. Freher *de re monetar. lib.* 2 *c.* 1 *& exposit. numism. argent. Constantini Imp. Byzant.*

19. Hunc quoque titulum Romanos Imperatori Carolo M. Pipini filio tempore coronationis anno Christi 800 dedisse narrat Eginhardus *in vit. Caroli Magni*, dum ita ei acclamarunt: K*arolo Augusto* à Deo coronato *Magno & Pacifico Imperatori vita & victoria.* Ipsum etiam Carolum hunc usurpâsse postea titulum apparet ex privilegio anno 804 Ecclesiæ Osnabrugensi dato, cujus initium (allegante Eruditorum Principum Phosporo Reverendiss. & Celsiss. Domino *Ferdinando Furstenbergio* Episcopo Paderborn. & Monaster. *in aureolis Monumentis Paderbornens. pag. m.* 325) ita habet: *In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti* K*arolus Serenissimus Augustus* à Deo coronatus *magnus pacificus romanum gubernans imperium, qui & per misericordiam Dei Rex Francorum & Longobardorum.*

20. Idem obtinuit apud subsequentes, ceu constat ex sacramento, quod *Carolo Calvo* Episcopi, Abbates & alii Italiæ Optimates in conventu Ticinensi anno 876 præstiterunt, cujus ex Goldasti *tomo* 2 *Constitut. Imper. pag. m.* 30 in *dissertat. de sororibus Caroli Magni Imp. num.* 18 tale adduxi exordium: *Gloriosissimo &* à Deo coronato *Magno & Pacifico Imperatori Domino nostro* K*arolo perpetuo Aug. Nos quidem omnes Episcopi, Abbates, Comites ac reliqui, qui nobiscum convenerunt, Italici regni optimates, quorum nomina generaliter subter habentur inserta perpetuam optamus prosperitatem & pacem.* In promtu est Friderici I. Imp. epistola amica ad Ludovicum Galliæ Regem 1162 scripta, ubi tali utitur titulo: *Fridericus Dei gratia Rom. Imp.* à Deo coronatus, *Magnus & Pacificus, Inclytus, Victor ac Triumphator, semper Augustus*, apud Goldast. *tomo* 1 *Const. Imp. pag.* 278. Alius epistolæ principium ejusdem Imp. Friderici vid. *heic num.* 23 ubi formulam *à Deo coronatus* etiam invenies.

21. *Semper Augustus*) De hoc prædicato vid. quæ prolixè diximus *in diss. de Titulo semper Augusti.*

22. *Moderator Romanorum*) Græci Imperatores quemadmodum *Byzantium* suum dicebant *novam Romam* (α) & Thraciam *Romaniam*

niam, ita ſe etiam perpetuâ cum Imperatoribus Germanicis æmulatione *Romanorum Imperatores* (& quaſi illud ſatis haut eſſet) *Moderatores* appellabant & ſcribebant. Eundem titulum *Balduinum* Flandrum tempore ſui in Græcia regiminis adhibuiſſe legitur apud Gotefridum monachum *in annal. ad ann.* 1203. *Balduinus Dei gratia fideliſſimus in Chriſto Imperator à Deo coronatus* Romaniæ Moderator *& ſemper Auguſtus, Flandriæ & Hinchau Comes*, & Cruſius *part.* 2 *annal. Suev. lib.* 12 *c.* 10 hunc ejus titulum adducit: *Balduinus Dei gratia fideliſſimus* Imperator *Conſtantinopolitanus, à* Deo *coronatus*, Romanus Moderator, *& ſemper Auguſtus, Flandrenſis & Hennevogienſis Comes.* Titulus quoq; *Romanorum Imperatoris* occurrit in celeberrimo illo nummo Heraclii Imp. (β) quem depinxerunt Octavius Strada *lib. de vitis Impp. & Cæſar. p.m.* 270 *n.*320. Juſt. Lipſius *de Cruce lib.* 3 *cap.* 16 Adolph Occo *lib. de numiſm. Impp.* Fortunius Licetus *de reconditis antiq. lucern. lib.* 6 *c.* 79 Caſalius *de veter. ſacr. Chriſtian. ritib. cap.* 100 Nobiliſſ. D. Carol. Patinus *introduction à la Connoiſſance chap.*20 *p.m.* 175 Celeb. D. Jac. Oiſelius, Amicus noſter honor. *theſ. num. tab.* 115 illuſtr. Dn. Carol. du Freſne *diſſert. de inferioris ævi numiſmat. tab.* 4 &, quem primo loco nominare debebam, Dn. Joh. Chriſt. Wagenſeilius, Vir πολυμαθέςατ☉, Amicus & Fautor æſtimatiſſ. *diſput. Altorfinâ juris publici de Impp. qui poſt Francicos Germanico imperio præfuerunt pag.* 51. Johannes quoque Palæologus in grandiuſculo numiſmate dicitur: βασιλεὺς ϗ αὐτοκράτωρ Ρωμαίων teſte Frehero *in d. expoſit. Nummi Conſtant.* & Conſtantinus Imp. in nummo iſto argenteo (quem poſſedit, cujusque ectypon anno 1600 & 1604 publicavit laudatus Freherus) dicitur: *Imperator & Moderator Romanorum.*

(α) Hinc etiam Ludovicus 2 Imperator in literis de anno Chriſti 871 apud Gold. *tom.*1 *Conſt. Imp. pag.* 195 Baſilium Byzantinum Imp. appellat *glorioſiſſimum Imperatorem NOVÆ ROMÆ.*

(β) Hujus numiſmatis Heracliani archetypum æreum in Muſeo Nobil. Dn. Joh. Andreæ Viatis 1679 d. 18 Junii Noribergæ inſpexi. In gazophylacio Regio Gallico aureum ejus archetypum extare ſcribit Cangeus *d. diſſ. de infer. ævi num. n.* 65 quale etiam habuit Strada, uti dicitur *d. p.* 270 *de vit. Impp.*

* *

ad verb. *Manuelis ſtrepitus.)*

23. Manuel hic Imperator ſine dubio tanto titulorum ſyrmate uſus eſt, ut ægre faceret hoſti ſuo Imp. Friderico Barbaroſſæ, & par pari referret, qui epiſtolam ad ſe 1177 ſcriptam ita orſus fuerat: *Fridericus divinâ favente clementiâ inclytus Triumphator, Romanorum Imperator à Deo coronatus, ſublimis in Chriſto, Fidelis, Magnus, Pacificus, Glorioſus, Cæſar, Græcorum Moderator & ſemper Auguſtus.* allegante Goldaſto *tomo* 1 *Conſtit. Imper. p.* 284.

24. In

24. *In Christo fidelis)* Non solum hoc epitheton in titulis Byzantinorum Impp. occurrit, sed & in chartis, membranis, saxis, aliisque operibus; eâdem planè formâ, quâ Franci & Germani se *Dei nutu, gratiâ, misericordiâ, divinâ ordinante providentiâ, divinâ favente clementiâ, divinâ propitiante gratiâ, divinâ ordinante clementiâ, gratiâ Christi, divinâ disponente gratiâ, divinâ indulgentiâ, piâ Dei ordinatione, divino duntaxat munere, omnipotentis Dei clementiâ instimulante, divinâ præveniente gratiâ & clementia, divinâ annuente & auxiliante clementiâ, divinæ respectu clementiæ, supernâ favente clementiâ, divinâ permissione, divinâ largiente misericoridâ, divinâ propitiante clementiâ, altitonantis Dei largifluâ clementiâ, divinâ favente gratiæ clementiâ, disponente Domino,* Imperatores, Cæsares Regesque, item *Orthodoxos, Christianissimos* & *Catholicos* Reges atq; Principes scribebant.

* * *

ad verb. *aliæ quoque gentes.)*

25. Sapor Persarum Rex scribens Constantio Imperatori hos adhibet titulos: *Rex Regum Sapor, particeps siderum, frater solis & lunæ* Amm. Marcellin. *hist. lib.* 17. Nostra tempestate Schach Abas simili fere titulo usus est in literis salvi conductus datis anno 1628 Anglico Legato hoc tenore in Belgico idiomate (ceu ex Herberti itiner. p. cxi adfert Cl. D. Becman *not. dign. diss.* 3 *cap.* 3 *num.* 2) *de Hooge ende machtige Starr, vviens hoft met de sonne bedeckt is, vviens bevveginge is te vergelycken by het hôgste firmament &c.*

26. Sultanus Turcarum Imperator hunc habuit teste Cl. D. Ernesto Gockel. *cap.* 1 *de Europ. Regib. num.* 167 titulum: *Sultanus Rex & filius Imperatoris Turcici, pugnator Dei Græcorum, Babyloniorum, minorisque Hierusalem Rex, Bassa Jordanorum, Idumæorum & Tamasinorum, gaudium Dei, majoris Ægypti Rex, illuminatus Princeps Alexandrorum, Armeniorum & omnium eorum qui in paradiso mundano vivunt, filius Mahumeti & custos civitatis suæ, administrator paradisi mundani, Regens sancti sepulchri Mahometani, Rex Regum, Princeps Principum, dominus dominantium, ab Eois in Hesperos, bellator Deorum, & super omnes in mundo degentes sublimatus, Deus unionis, Dominus sanitatis, Angelus Paradisi, strenuus persequutor totius Christianitatis, spes solamenque Ethnicorum, Dominus & heres mundi.*

27. Amurathes III epistolâ ad Rudolphum 2 Imp. missâ appellat se *omnipotentis Dei filium* apud Heidfeld *in Sphinge Theol. philos. c.* 44 *in coroll.* Sultani Murathi talem adfert titulum Breuning **Orientalischer Reise ersten Meerfahrt** fol. 100. **Sultan Murath / Sohn des Sultan Selims / Herr**

Herr zu Constantinopel/ das ist/ Neu Rom/ König in Africa und Trapezunt/ Ponto und Bende/ Cappadocia ꝛc. König über die gantze Welt/ oder/ über alles so unter dem Himmel zu finden/ durch Vorsicht Gottes des HErrn/ zu Vernichtung und Untergang der allgemeinen Christenheit bestimmet und verordnet/ Herr und König über alle/ so mein Reich anfechten und beleidigen.

28. Amicitiæ cum Henrico 4 Galliæ Rege initæ tabulas anno 1604 10 Maji linguâ Turcicâ ſcriptas ita orditur Achmet Turca: *Ego qui ſum Imperator victorioſorum Imperatorum, diſtributor coronarum in Principes maximos orbis terrarum, ſervus duarum civitatum ſacratiſſimarum & auguſtiſſimarum Mechæ & Medinæ, protector ac gubernator ſanctæ civitatis Hieroſolymæ, Dominus maximarum partium Europæ, Aſiæ & Africæ, acquiſitarum victorioſo noſtro acinace & horribili lanceâ noſtrâ &c. qui ſum Imperator Achmet, filius Mahometi Imperatoris &c. Dei gratia refugium magnorum orbis Principum & honorabilium Imperatorum aſylum,* ex Faret *en l'hiſtoire chronologique des Ottomans pag.* 28 Limnæus *add. ad lib.* 4 *jur. publ. cap.* 6 *num.* 15.

29. Turcarum Tyrannus Ibraimus, Mahometis IV Pater, edictum aliquod anno 1645 ridiculo hoc titulo incipit: *Sultan Ibraim Invictiſſimi Imperatoris filius, Nepos omnipotentis Dei, Rex Turcarum in Græcia, Baltica, Sarmatia, Damaſco, Phrigia, Ægypto, Alexandria, Armenia, Arabia, Regum hujus mundi Rex, capitis Paradiſi habitator, Epiſcopus totius Aſiæ, Africæ & Americæ, & Magnæ Europæ partis, Salvator, caput in Jericho, Quardianus ſepulchri Mahometis & ſepulchri Dei, & ſuorum operum maximum totius orbis luminare, ab oriente usque ad occidentem, omnium incolarum, Dominus Dominorum, Rex Regum, Princeps Principum, terror & flagellum omnium Chriſtianorum, Ottomannorum & Circumciſorum ſpes & inæſtimabilis theſaurus, ſanctus & reverendiſsimus.*

30. Solimannus in credentialibus literis legato ſuo Ebraimo Strotſchenio in causâ octennalium induciarum ad Ferdinandum I. Imp. datis apud Schardium *hiſt. oper. rer. Germ. tom.* 3 *fol.* 1089 & Goldaſt. *politic. Imper. part.* 1 *pag.* 156 ita ampullatur: *Ego Dominus omnium dominantium, Regnator orientis & occidentis, qui potens ſum facere & non facere quæcunque libet, Dominus totius Græciæ, Perſiæ, & Arabiæ, Dominator omnium eorum quæcunque Regi & Domino ſubjici poſſunt, Magnus Heros horum temporum, & fortis Gigas latiſſimi hujus orbis, univerſi maris albi atrique & ſanctæ civitatis Mechæ, ſplendore Dei relucentis & caritatis Modinæ: ſanctæque & caſtæ urbis Ieruſalem Dominus, Rex nobiliſſimi Regni Ægypti, Dominus terræ Ioniæ, civitatumq; Athenarum, Senarum, ſacri templi Dei Zabilon & Baſſio, Rethſan & Magodin: ſedes ac ſolium magni Regis Nashin Rettam, & Dominus inſulæ Algieræ & Princeps Regnorum Tartariæ, Meſopotamiæ & Medorum, Georgianorum &*

univer-

universæ Græciæ, Moreæ & Anatoliæ, Asiæ, Armeniæ, Walachiæ, Moldaviæ & totius Hungariæ, aliorumque quamplurium regnorum & dominiorum, quorum ego sum Imperator, ter magnus ille Cæsar Soldanus Solimannus, filius magni Imperatoris Soldani Selim, qui à Deo habeo potestatem ad regendum in freno omnes populos, & potentiam ad aperiendum omnium civitatum & fortalitiorum portas & claustra, in manu mea potenti traditi sunt omnes fines terræ nullis exceptis, ego Dominus Orientis à terra Tscin usque ad fines Africæ, quem Deus fortem in acie gladii bellatorem constituit, inter cujus potentissima regna pro minimo reputatur at castrum inexpugnabile Cæsareæ & pro vilissimo reputatur inter hereditarias meas ditiones Imperium seu dominium Alexandri Magni, mecum est fortitudo totius mundi & virtus firmamenti.

31. Rex *Bisnagensis* vocari voluit *sponsus bonæ sortis, magnarum provinciarum Deus, Regum potentissimorum Rex, omnium æquitatum Dominus, magister & doctor loqui nescientium, trium Imperatorum Imperator, omnium quæ videt conquisitor, conquisitorum conservator, quem octo mundi partes metuunt, exercituum Mahumeticorum destructor, omnium provinciarum, quas subegit, Dominus, eques cui nemo par, & fortissimorum quorumque debellator, elephantorum venator, Dominus Orientis, Austri, septentrionis & maris,* Ampliss. JCtus Gerh. Feltman Fautor & Amicus honor. *lib.* 1 *de titul. honor. cap.* 11 *num.* 12 Vincent. le Blanc. *itiner. p.* 1. *c.* XI.

32. Rex Achemensis epistolam ad Jacobum I. Magnæ Britanniæ Regem scriptam ita orditur: Pedrucka Sirie Sultan ein König der Könige/ Durchleuchtig wegen seiner Kriege/ der einige König von Sumatra, ein König der mehr gefürchtet wird als alle seine Vorfahren/ der nicht allein in seinem Königreich ein grosses Ansehen hat/ sondern auch von demselben und der gantzen Nachbarschafft uff das stattlichste geehret wird/ in dem das Bild eines rechten Königs ist: in dem alle Tugenden eines Königs hervor leuchten/ der gleich dem reinesten Metall unter allen Metallen/ gezieret mit den schönsten Farben die zu finden sind/ dessen Stuhl und Thron gleich ist dem klahrsten Crystall/ sauberer und berühmbter als das allerbeste Glaß/ von dem fleust der reineste Strohm der Mild- und Gerechtigkeit/ dessen Gestalt gleich ist dem allerfeinesten Gold/ ein König von Priaman und den Goldbergen/ ein Herr von neun unterschiedlichen Stämmen/ ein König zweyer Sumbrezons von lauter Gold/ der vor seinem Königlichen Sessel hat ein Maß Gold/ dessen Kleidung und Harnisch vor sich selbst und dessen Pferd von klahrem Golde ist/ seiner Elephanten Zähne nebst aller Zugehörung sind vergüldet/ dessen Speer halb Gold und halb Silber/ dessen Sattel auch von gedachtem Metall ist/ seine Zelten sind von Silber/ sein Pittschafft halb Gold und halb Silber/ sein Begräbnüß lauter Gold/ obschon

seiner

seiner Vorfahren nur halb von Gold und halb von Silber gewesen/ ein König/ dem gedient wird in gantz Gold und Silber/ ein König/ unter dem viel andere Könige sind/ ein geschworen König von Auroro, ein König der Länder von Priaman, Tecoo, Babarouse, welche er unter seine Gewalt gebracht/ der jetzunder auch siebenzig Elephanten mit vielem Proviant und anderen nöthigen Sachen über See nach Auroro gesand/ umb den Krieg aldar fortzusetzen/ und dem Gott mehr Glück und grössere Victorien gegeben als jemand seiner Voreltern. Dieser gemelte grosse König entbeut in diesem Brieff Jacobo, König von Groß-Britannien/ als nehmlich Engelland/ Schottland/ Franckreich und Irrland seinen Gruß.

33. In Africa Rex Habessinorum (α) in literis Emanueli Portugalliæ Regi anno 1521 scriptis audit: *Dilectus à Deo, columna fidei, cognatus stirpis Judæ, filius David, filius Salomonis* (β) *filius columnæ Sion, filius Nau per carnem, Imperator magnæ & altæ Æthiopiæ, magnorum regnorum & ditionum & terrarum Dominus, Rex de Xoa, de Caffate, de Fatigar, de Angole, de Baru, de Baaliganze, de Aden, de Vangue, de Gojame, ubi Nilus oritur* (γ) *de Damaraa, de Vagnemedri, de Ambeaa, de Vagne, de Tigri Mahon, de Sabaym, unde fuit Regina Saba, de Bernagaes & Dominus usque ad Nobiam finem Ægypti*, ex Damian. à Goës *de morib. Æthiop.* Dn. Becm. *d. loco.*

(α) Ita scribere malumus cum Magnif. Dn. Jobo Ludolpho, Viro orientalium linguarum callentissimo *in historia Æthiopica*, quàm cum aliis *Abyssini* aut *Abasseni.*

(β) Quare is dicatur Salomonis filius? eleganter expressit Patronus noster Ludolphus *lib.* 2 *hist. Æthiop. cap.* 3 & Celeb. D. Becman. *hist. orb. civil. cap.* 11 *num.* 12.

(γ) Nilum in regni *Gojam* provincia *Sabala* oriri dubium amplius non habet per ea quæ ex Kircheri, P. Petri Pays & Gregorii Habessini relationis scribit laudatissimus Dn. Ludolphus *lib.* 1 *hist. Æthiop. cap.* 18 *num.* 18 *seqq.* & Dn. Becm. *hist. Geogr. orb. cap.* 3 *num.* 18.

34. Rex Maroccensis anno 1606 ad Fœderati Belgii Ordines dedit literas, quæ longissimum continebant titulum triginta versibus rythmicis conscriptum, quem sequebantur tres aut quatuor lineæ, rem ipsam, cujus causâ epistola exarata erat, exponentes, ita ut prologus fabula multis partibus major esset, post Scaliger. *epist. ad Steph. Ubert.* & Thomam Lans. *orat. contra Polon.* Dn. Becm. *d. loc.*

35. Saladinum in Literis anno 1430 scriptis se appellasse mächtigen König und Soldan/ Herrn zu Babylonien/ zu Tartey/ in Egypten/ Catamyten und Elanree/ Fürst der Juden in Achemyten/ König des Edlengesteins in Indien/ Probst des irdischen Paradiß/ Vogt der Höllen/ gewaltig von Sonnen Aufgang biß in Niedergang/ gewaltiger König aller Könige/ Fürsten und Herren/ Gebieter von dem Thurn Babylon biß an den Berg Areb/ obrister Raht und

und Fürst der Götter/ Fried der Juden/ Umtreiber der Christenheit/ Schirmer des Grabs und Landes Hierusalem/ ex Petermanni Etterlin Chronic der Löbl. Eidgenoßschafft *pag.* 7 refert Limnæus *lib.* 6 *jur. publ. cap.* 5 *n.* 127.

36. Russiæ Czarus Basilius superiori seculo *Magnus Dei Camerarius* vocari voluit, Dn. Becman *d. loc.* Rex Siamensis dicit se *Prechau Saleu*, id est *sanctum Dei membrum*, Jacob Scholtzen *descrip. regni Siam in append. pag.* 330. Magnus Mogol in literis ad Regem Persiæ Schach Abas se appellavit *Regem totius orbis terrarum.* Ejus autem avus se vocavit *Regem justitiæ, lumen & splendorem legis Mahometanæ, victorem mundi* referente Simone de Vries *in courieusen anmerkingen der Ost- en Westindische dingen tom.* 2 *p.m.* 1222. Idem Vries *d. tom.* 2 *p.* 1314 scribit Regem in Ceylon se nominare *Dominum aurei solis.* Imperator Carolus Calvus *Imperatorem & Augustum omnium Regum cis mare consistentium* appellari se jussit, quod ex Annalibus Fuldensibus ad ann. 876 notavi *dict. dissert. de sororib. Caroli M. Imp. n.* 18.

37. Rarò occurrens est illa formula, quâ Hippolitus Guarimonius Doctor Med. librum Ingolstadii 1610 impressum, cui titulus: die Greuel der Verwüstung Menschlichen Geschlechts / B. Mariæ Virgini dedicavit: Der allerheiligsten/ großmächtigsten Fürstin und Frauen/ Frauen Jungfrauen Maria/ gekrönten Keyserin des Himlischen Reichs/ Großherscherin der neun Englischen Heerscharen/ gebohrnen Königin zu Israel/ Churfürstin des gelobten heiligen Landes/ Fürstin aus Juda/ triumphirenden Zerknirscherin der alten Schlangen/ gewaltigen Uberwinderin der Heyden/ Siegreichen Verwüsterin der Ketzer/ allermächtigsten Frauen der gantzen Welt/ Jungfräulichen Gespons/ und Mutter des allerhöchsten ꝛc. Meiner nach Gott/ allergnädigsten Keyserin und Frauen.

38. Nonnulli quoque ad titulorum ampullas referunt Caroli V. Imp. elogium sepulchrale, quod, teste Octavio Strada *de vitis Impp. p. m.* 490 *in fin.* legitur Granatæ in Ecclesia cathedrali hujus tenoris: *Imp. Cæsari Carolo V. Pio, Felici, Augusto, Gal. Max. Indico Max. Tunico Max. Aphric. Max. Sax. Max. victori, triumphatorique multarum Gentium, tametsi terra marique res ab eo gestæ, singularis humanitas, incomparabilis prudentia, ardentissima religio, satis terrarum orbi conspicua sint, respubl. tamen Christiana, ob memoriam Justitiæ, Pietatis, virtutisque ejus, victoriam, navimque qua mundum circuivit, quem ipse suis victoriis illustravit, P.* quod ego tamen in medio relinquo, satis habens illud heic adposuisse.

* * * *

ad verb. *aliudque substituere)*

39. Rectissimè sentit Meibomius, nam obtinuit apud Byzantinos, & ipsos quoque Augustos, ut nomina mutarent uxorum suarum quæ Græcæ

non

non erant. Sic costa Johannis Comneni, Ladislai Hungariæ Regis filia, quam *Pyriscam* appellant Bonfinius & Pistorius; *Bertha* Conradi Imperatoris filia, Manueli Johannis filio nupta, *Irenes:* & filia Ludovici 7 Regis Galliæ *Agnesa* Alexii Comneni jugalis (ita vocatur uxor *in l.* 8 §. 3 *Cod. de repud. l.* 3 §. 1 *&* *l.* 5 §. 1. *Cod. de advoc. divers. judic.*) nomine *Annæ* insignitæ sunt. Exempla alia ejus moris suppeditat Dn. Carol. du Fresne *in familiis Byzantin.*

40. Illam autem μετονομασίαν, non tàm ob nominum exoticorum & quæ ægre efferri vix possent dissonantiam, instituebant, quàm quod in illis originis Latinæ vel Germanicæ, & hinc cultus Romani vel Papalis notam omnem abolere studerent, adeò ut antequam in manus convenirent, iterati baptismatis, in quo nomina dari vel mutari consueverant, speciem quodammodo in uxoribus Latinis & exteris adumbrarent; quod inde meritò conjicio, quia Græcis illud olim objecit Anselmus, Episcopus Halverbergensis *lib.* 3 *dialog. cap.* 21 inquiens: *Sicut audio consuetudo apud vos est, ut si quando Græcus uxorem Latinam ducere voluerit, sicut plerumque fit, & sicut etiam inter personas Augustales sæpe factum esse dignoscitur, quod prius oleo sanctificato in vase aliquo infuso eam perfunditis & per totum corpus lavatis & sic demum quasi in ritum & legem vestram transiens matrimonio copulatur, quod quare fiat? si tamen fit, oppidò scire vellem, videtur enim forma quædam esse rebaptizandi* vid. *Fresne glossar. V. nomina.*

41. De nominum mutatione apud Pontifices Romanos, Judæos, Græcos, Habessinos & Catholicos adhuc usitata nunc nihil addo, sed remitto talium curiosum ad Celeb. Joh. Strauch. *semest.* 1 *amœnit. jur. Can. eclog.* 1 *cap.* 16 Octoviratum meum seu tractat. de Electoribus Imp. German. *cap.* 24 *n.* 87 *seq.* Laurent. Banck. *cap.* 9 *Romæ triumph. p. m.* 151 Buxtorf. *Synagog. Judaic. cap.* 49 Hottinger. *topograph. eccles. orient. cap.* 5 Cl. Dn. Becm. *notit. dign. diss.* 5 *c.* 2 *n.* 1.

(†)

42. Hoc *Nobilissimi* epitheton ad Imperatorum & Regum nostrorum filios quoque transiisse videtur. Nam in Litaniis antiquis sub Carolo M. apud Joh. Mabillonium V Celeb. *analector. tom.* 2 hæc leguntur: *Pipino & Carolo* Nobilissimis filiis *ejus vita.* Præter Bulengerum non contemnenda habent de hoc elogio Cangeus *in glossar. h. voc.* & Becm. *in not. dign. diss.* 2 *c.* 1 *n.* 3.

(††)

ad verb. *sed malè.)*

43. Luitprandi verba isto loco, teste Carolo du Fresne *gloss. Voc. Bulla tom.* 1 *p.* 641 ita habent: *His dictis atque completis* χρυσοβούλλιον, *id est, epistolam*

ſtolam auro ſcriptam & ſignatam mihi dederunt vobis deferendam, hinc ſine cauſa culpatur præſtantiſſimus ille Epiſcopus.

(†††)

ad verb. *qui nobis eſt Cancellarius.)*

44. Antiquiſſimis temporibus Cancellarii nomen planè ignoratum fuit, nec in pandectis Juris Civilis ea vox invenitur. In Codicis tamen Juſtinianæi *titulo de Aſſeſſoribus & Domeſticis & Cancellariis Judicum* ſæpe Cancellariorum nomen occurrit. De etymologia verò Cancellarii non una eſt ſcriptorum ſententia. Spigelius in *Lex. jur.* Cancellarium à *cancellando* dictum fuiſſe putat, quando ait, *Cancellarii officium eſt reſcripta vel reſponſa Imperatoris & mandata inſpicere, & malè ſcripta cancellare, bene autem ſcripta ſignaculo ſuo obſignare.* Conſentiunt Budæus & Oldendorpius.

45. Idem ſtatuit Johannes Sarisburienſis, Thomæ Becketi Cancellarii Anglici coævus *in præfat. Polycrati*, ubi librum ſuum ita alloquitur:

Quærendus regni tibi Cancellarius Angli
Primus ſollicita mente petendus erit.
Hic eſt qui leges regni cancellat iniquas,
Et mandata pii Principis æqua facit.
Si quid obeſt populo, vel legibus eſt inimicum,
Quicquid obeſt, per eum deſinit eſſe nocens.

Et Alexander Nekham *ſuper cantic. lib.* 4 *cap.* 5 de eodem Becketo ita: *Beatus ſiquidem Thomas Cantuarienſis, dummodo Cancellarius fuit, leges iniquas Cancellavit.*

46. De Cancellarii vocula ita ludunt Joſias Nolden *tract. de Conſiliar. diſſ.* 12 *n.* 4 & Celeberr. Dn. Joh. Otto Tabor *de ſuffragio p.* 150 quod nomen **Cantzler** inde non ſit deducendum, quaſi ille eſſe debeat **gantz lehr** / ſed per ſynæreſin **gantz gelehrt.** Nonnulli autumant Cancellarium ita dici, quod intra ſecreta cancellorum ſeptis clauſa (**in der Cantzelley**) res civiles tractet.

47. Alii, inter quos eſt incomparabilis Seckendorfius, magnum gentis ſuæ & ordinis equeſtris decus, *part.* 2 **des Teutſch-Fürſten Staats** *cap.* 6, inquiunt *Cancellarios* dictos fuiſſe qui cancellos ſervabant, ut velarii, qui ad vela, quibus fores obtendebantur, cuſtodiarii, ſcriniarii, arcarii. Ac ejuscemodi Cancellarii in domo Auguſta jamdudum fuerunt ſub diſpoſitione Magiſtri officiorum, Jacob Guther. *de offic. dom. Aug. lib.* 3. Conſiſtorii enim regii fores, ut ex Corippo Sirmondus notat, velis prætendebantur, proxima hinc ſtatio cancellis ſepta & clauſa, intra velum, hoc eſt conſiſtorium

rium ipſum, admiſſi Comites & participes conſilii, ſatellites inter cancellos & vela ſubſtitêre. Quemadmodum itaque vela ſervabant velarii, ita cancellos oſtiarii, cancellarii. Ita quoque ſentit Franciſcus Hotomannus *in commentar. verb. jur. civil.* ſcribens: *Cancellarius idem qui Actuarius, inde ducto nomine, quod ejus officium, id eſt cellula, in qua ſcribere conſuevit, cancellis munita ſit. Nam cum actuarii officium libellis ſive chartis ſit refertum, & frequentes habeat interventores, neque ab illorum colloquio prohibetur, & ab amittendarum chartarum periculo abeſt.* Plura qui de hac materia legere cupit, evolvat Bernhardi à Mallinkroth *tract. elegantem de Archi-Cancellariis Imperii* & *dicti Mei tract. de S. Imperii Electoribus caput* 13.

(††††)

ad verb. *Nadabus Agmonius.*)

48. Sub nomine hoc Hebraico Nadabi Agmonii latet *Franciſcus Junius*, Celeberrimus ille quondam Heidelbergenſium & Leidenſium Theologus, quod didici ex Viri clariſſ. Pauli Colomeſii *opuſculis* & in ſpecie *clavi epiſtolarum Caſauboni p. m.* 167 & *libro* ejusdem, cui titulus *Melanges hiſtoriques p.* 50 vid. m. Celeb. Gerh. Joh. Voſſii *præfat. libr. de Hiſtoricis Latinis.*



AUREA BULLA BRABANTINA

à

KAROLO IV

IMPERATORE

data

JOHANNI Duci Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ anno 1349.

Tertiùm recusa Anno 1697.



LECTOR BENIVOLE

Rogarunt me aliqui, ut famosam illam Bullam Brabantinam *Iohanni Duci Brabantiæ &c. anno Christi* 1349 à Carolo IV *datam huc transcriberem, quò Iuris publici Studiosi eam statim in promtu habere possent. Annui horum precibus vel eo lubentius, quia in R. I. de anno* 1598 §. 72 *&* 1641 §. 94. ac *Instrumento Pacis* Westphal. art. 9 §. & quia *verb.* abusus Bullæ Brabantinæ, indeque natæ repressaliæ & arresta, *nec non Capitulation.* Ferd. IV *art.* 6 *verb.* **Mißbräuche der Brabantischen Güldenen Bull** & *gloriosissimi Imp. Leopoldi* art. 8 *verb.* **und die unter denenselben aus der angemasseten Brabantischen Güldenen Bull**/ *allegatur, hincque necesse, ut tenorem ejusdem sciant quicunque laudato studio operam dant. Accipe ergo H. L. istam, prout in Limnæi* lib. 5 jur. publ. cap. 2 num. 53 *legitur, & quæ textui hujus Bullæ, majoris illustrationis causâ, subjunxi, boni æquique consule. Scrib. in Academia Heidelberg. d.* 14 *Ianuar.* 1682.

HENR. GÜNTER. THÜLEMARIUS.

BUL-

BULLÆ BRABANTINÆ
tenor est talis:

CArolus Dei gratia, Romanorum Rex, ſemper Auguſtus, & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam. Etſi Regiæ poteſtatis circumſpecta benignitas univerſos fideles ipſius, quos Romanorum ambit Imperium, pio favore proſequitur (ad illorum enim utilitates & commoda ſpeciali quadam prærogativa & favore dignanter intendit, qui diuturnitate laborum & devota fidei conſtantia circa procuratores ſacroſancti Imperii Romani honores adhibita diligentia claruerunt) Tamen Illuſtriſſimus Johannes Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ Dux, ſacrique Romani Imperii Marchio, Princeps & conſanguineus, virque clariſſimus, ob merita probitatis & circumſpectæ fidei puritatem, quibus ipſe una cum ſuis progenitoribus Romanum Imperium debitis fidelitatis obſequiis præſtantius honoravit, nec ceſſat quotidiano affectu ſinceritatis diligentius honorare, hoc favore dignus eſt. Illa igitur ejus merita claræ mentis intuitu limpidius intuentes, ei, heredibus & ſucceſſoribus ſuis in perpetuum hanc conceſſionem & devotionis gratiam de ſpeciali noſtræ majeſtatis favore duximus faciendam, decernentes & edicto perpetuo ſtatuentes, quod nullus Archiepiſcopus, Comes, Princeps, Baro, Nobilis aut cujuſcunque conditionis exiſtat, Eccleſiaſticus ſive temporalis, in quibuscunque cauſis civilibus, criminalibus, realibus aut perſonalibus, res, vitam contingentibus, vel honorem, aliquam jurisdictionem ſeu judiciariam poteſtatem, temporaliter in ſubditos, vaſallos & ſervitores dictorum Ducis heredum & ſucceſſorum ipſius, infra Ducatum Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ, & Marchionatum Imperii, & eorum appendia & quascunque pertinentias conſtitutis, ad inſtantiam cujuscunque perſonæ & intra & extra limites eorum dominiorum & etiam qualiscunque gradus, ſtatus ſeu conditionis exiſtat, evocando, citando, appellando, abjudicando, præſtando, banniendo, proſcribendo, aut alios actus judiciarios faciendo, per ſententias interlocutorias ſeu diffinitivas exercere præſumat, niſi efficaciter primitus evidenti ultimo documento probetur, quod à judicibus, officiariis & aliis fidelibus dictorum Ducis heredum & ſucceſſorum ipſius, qui pro tempore fuerunt miniſtrandæ juſtitiæ deputati, petenti, ſive petentibus ſuper actione, ſeu actionibus, quam vel quas intentare vel intentaſſe noſcuntur, juſtitia fuerit denegata, nec conſequi potuerint juſtitiæ complementum. Decernentes univerſas & ſingulas ſententias, interlocutorias & diffinitivas, ſi quas ſuper quibuscunque cauſis, quibus etiam ſignificatis vocabulis deſignare valerent, adverſus præſentem gratiæ noſtræ & largitionis indultum à quibuscunque judicibus juſti-

justitiarum & justitiæ faciendæ præsidibus emanare contigerit, irritas penitus & inanes, nec eorum præceptum vasallos & servitores, dictorum Ducis, heredum & successorum ipsius, infra terminum & spacium dominiorum, quæ præscripta sunt, & eorum pertinentias constitutas æqualiter obligari.

Cæterum plerumque innocentes pericula dispendiorum videntur incurrere, cum is, qui reus non est, loco noxii detinetur, ut ab eodem periculo in terris ejusdem Principis, quem sua virtute petentes non immerito præ cæteris adamamus, eidem de regiæ benignitatis gratia abundantius caveatur, illud præcipue statuendum duximus & Regiæ potestatis edicto strictius injungendum, ne aliquis vasallus, subditus aut servitor Ducis, heredum & successorum ipsius, infra Ducatus Lotharingiæ, Brabantiæ & Limburgiæ, & Marchionatum sacri Imperii, & eorum appendia seu pertinentias constitutus, in quibuscunque Episcopatibus, terris, provinciis, principatibus seu dominiis sacro Imperio subjectis, ecclesiasticæ seu temporalis, seu cujuscunque alterius, de eodem dominio quacunque noxa seu debito involutas, arrestari seu detineri rebus, aut corpore molestari debeat, aut aliquas molestias seu violentias quomodolibet sustinere, nisi fortassis reum, seu debitorem hominum, qui viva voce manualiter non tractus, sed sponte propria se debitis seu delictis talibus obligasset, absque aliorum præjudicio contingeret personaliter comprehendi. Si quis vel ausu temerario, vel quavis indiscreta præsumtione, gratiis, immunitatibus & libertatibus, in præsenti contentis pagina, contraire præsumeret, & dictorum Ducis, heredum & successorum ipsius, in rebus adversus tenorem præsentium, quovis ingenio vel colore quæsito, in toto vel in parte aliquatenus derogare & detrahere, pœnas indignationis, destitutionis & præscriptionis nostræ, & amissionis jurium suorum, honorum & conditionis, gradus & status, quibus eundem in casu prædicto declaramus evidenter fore privatum pœnam 100 marcarum auri puri se noverit irremissibiliter incurrisse: quarum medietatem regalis nostri fisci, & residuam partem injuriam passorum usibus determinamus applicandam: non obstantibus legibus, constitutionibus, consuetudinibus, statutis publicis & privatis, editis vel condendis, privilegiatis vel privilegiandis, quibus in quantum præsenti nostræ concessionis exemtioni & gratiarum indultis, pœnarum adjectis, & aliis in serie præsentium expressis, in toto vel in parte, videbitur contraire expresse & de certa nostra scientia, & Regiæ potestatis plenitudine; nobis veluti Romano Regi, aut sacro Romano Imperio, competentibus præsentibus derogamus, sub nostræ Majestatis sigillo, testimonio harum literarum. Datum Aquisgrani, anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono, indictione secunda, octavo Calendas Augusti, Regnorum nostrorũ, Romani año quarto, Bohemiæ vero tertio.

COM-

COMMENTARIUS.

§. 1.

HAnc Bullam seu privilegium deinde Imperatores Sigismundus, Fridericus V, Maximilianus I & Carolus V diplomatibus suis confirmaverunt, si credimus V. Celeb. Joh. Jacobo Chifletio *in Alsatia jure proprietatis & protectionis Philippo Regi Catholico vindicata cap.* 10 *pag.* 69. Ejus autem extensionem & abusum Circuli Westphalici Status sæpiusculè oppugnaverunt, ceu apparet ex actis Imperii, præsertim de ann. 1582, 1594, 1598 & 1603, 1641 & 1648.

2. Abusum illius Bullæ valde Imperator & Imperium improbârunt, hinc anno 1598 ad Statuum Westphalicorum querelas Recessui Imperiali §. 72 hæc inserta sunt: Ob wir nun wohl auch bey wehrender dieser Reichs-Versamlung/ auf anhalten des Niederländischen Westphälischen Creyß Stände erinnert worden/ was bey vorigen gehaltenen Reichs-Tägen sie für unterschiedliche Klagen und Beschwerungen von wegen der Brabantischen Proceß und evocationen eingeführet/ auch noch täglich je länger je mehr damit beschweret werden sollen/ angebracht/ was auch uns bey jüngster Reichs-Versamlung alhie anno &c. 94 wie diesen Beschwerlichkeiten mit andern Processen zu begegnen und abzuhelffen seyn möchte/ uns für ein Bedencken/ dem gemeinen Reichsbeschluß einzuverleiben/ überreicht worden/ und derwegen itzo unterthänig ersuchet/ dasselb was also bedacht/ durch itzigen Abschied zu bekräfftigen. So haben wir uns jedoch dahin erkläret und erbotten / obgenanten unsern Herrn Bruder/ Ertzhertzog Albertum, itzigen General-Gubernatorn der Niederlande ꝛc. nachmahls zu des Reichs und derselben klagenden Stände bestes/ zu endlicher abhelffung solcher Beschwerungen zu ersuchen/ und an uns nichts ermangeln zu lassen / ohne zweiffel Seine L. werde sich also drauff erzeigen / daß es keines weitern procedirens bedörffe. Solte es aber über geschöpffte Zuversicht je nicht helffen/ und keine Abschaffung dieser Dinge an berührten Orten erfolgen/ sondern des Reichs Stände und Unterthanen einen Weg als den andern mit solchen Brabantischen Processen und Evocationen angefochten werden / wollen wir alsdann gern ferner alles das thun/ was nach Befindung uns unsers Käyserl. Ampts halber obliegt/ und uns sonsten von den Ständen an die Hand gegeben worden.

3. Postquam anno 1641 in Diæta Ratisbonensi antiquæ similesque quærelæ à dictis Westphalicis Statibus proponerentur, nomine Hispanici Regis, tanquam Ducis Burgundiæ, informationis & responsi loco per Petrum à Weyms, Equitem Hispanicum, Consiliarium & Præsidem in Du-

catu Lucemburgico & Comitatu Chiny, atque Antonium Brun Hisp. Regis Consiliarium, Procuratoremque generalem Comitatus & Parlamenti Burgundiæ scriptum hâc verborum structurâ oblatum fuit:

Reverendissimi, Illustrissimi, Amplissimi, Electorum, Principum & Ordinum Sacri Rom. Imperii Consiliarii & Legati, Domini plurimum honorandi.

SErenissimi Hispaniarum Regis nomine Domus Burgundicæ in præsentibus Comitiis Delegati, viso libello supplice seu memoriali, nomine Delegatorum circuli Westphalici inferioris cum tribus documentis annexis, jam recens Comitiis exhibito ac superiori hebdomade dictaturæ dato, circa privilegium Bullæ aureæ Ducatus Brabantiæ ac Processus rigore ejus motus quæque inde pendent, proponunt breviter quæ seqvuntur.

Inprimis cum Autores dicti memorialis indubie à longo tempore id sint præmeditati, adeoque de toto negotio bene instructi in medium prodeant. Burgundici vero Delegati non sufficienter instructos ac quodammodo inermes se reperiant, petunt terminum competentem sibi concedi pro habenda pleniore instructione, præsertim quoad casus particulares cum eorum circumstantiis in prætacto memoriali memoratos.

Quod si fortè Comitiis ad finem nunc tendentibus propter temporis, quod superest, angustiam difficulter terminus possit obtineri, ut negotium hoc ad proximum Conventum Deputationis, in quo quicquid ad justitiam & tribunalium evocationes pertinet, tractandum erit, remittatur, expostulant pari ratione, quia gravamina ex parte circuli Suevici nupertimè exhibita concernentia processus judiciorum Rothwilani ac Provincialis Suevici dicti **Land-Gericht** remissa sunt ad diem Deputationis proximè indicendam, ut auditis iis quorum interest propius examinentur, ac super iis, quatenus opus, provideatur.

Interim pro contraria informatione proponentes, quod in præsentiarum ipsis occurrit, prout partium suarum esse existimant sub amplioris instructionis expectatione, dicunt privilegium, de quo agitur, in Imperio & alibi esse notorium & indubitatum, relatum à Wehnero *obs. practic. tom. ult.* Joh. Limnæo *de Jur. publ. Imp. Rom. tom.* 2 *lib.* 5 *cap.* 2 *& aliis.*

Concessum id est jam ante tria circiter secula, videlicet 1349, per Carolum IV Imp. in favorem Joh. Brabantiæ Ducis, ob illius ac progenitorum ejus erga Romanorum Imperium bene merita, proque eo & ipsius hæredibus ac successoribus in perpetuum, quod ab aureo Sigillo appenso Bulla aurea nuncupatur. Privilegium id confirmatum est per Imperatores qui post-

postmodum successerunt, imo & auctum & amplificatum, ac citra in hodiernum usque diem in viridi observantia semper est habitum. Sanè odiosum id haberi non debet, imò potius favorabile, utpote per quod reditur ad jus commune, juxta quod quilibet coram suo Judice est conveniendus, ac interdicta arresta seu pignorationes, quæ nimirum speciem executionis habent, à qua non est incipiendum. *tit. C. de prohibit. sequestr. pecun.*

Verum quidem est, vicinos Principes ac Populos privilegium hoc jamdudum ægrè tulisse, unde factæ per eos non semel querimoniæ, quæ etiam Comitiis anterioribus aliquando sunt propositæ, verum id inducit ipsa privilegii natura, ut quia nimirum privata lex est, & specialis concessio, non possit non esse invidiæ obnoxium.

Ad id, quod allegatur de abusibus dicti privilegii, quasi extra eos terminos fiant evocationes litesque instituantur, respondetur, Regis Catholici, Belgarum Principis, mentem nunquam fuisse nec esse, abusibus indulgendi, atque privilegium, de quo agimus, ultra quam par est, extendatur. Sed & Regii ministri, Cancellarius præsertim & Concilium Brabantiæ, qui privilegii prædicti, casuumque ab eo dependentium Judices sunt, non alio studio ducuntur, quam ut in Controversiis privilegium hoc concernentibus, æqua lance, affectu, odioque procul habitis, justitiam sibi concreditam, prout decet, partibus administrent. Quod si fortè casus aliqui possint occurrere, citra terminos concessi privilegii, id non est illico imputandum Judici, cui sub- aut obreptum esse potest, verum ipsismet partibus sæpe exceptiones suas non proponentibus aut non probantibus. Unde in Brabantiæ Cancellaria sæpe numero contingit, quod obtentis literis evocatoriis, probata postmodum sub- & obreptione, puta, quia impetrans non sit Brabantinus, aut casus ejusmodi, qui privilegio non sit comprehensus, sinistræ ejusmodi evocationes cassentur, ac ipse impetrans in expensas, damna & interesse condemnetur.

Neque etiam partium evocatarum & condemnatarum querimoniis statim est deferendum, alias enim à quibuscunque cavillationibus Judex nunquam poterit esse immunis, si condemnatorum dictis aures præbeantur. Præterquam, quod pro sententia semper stet præsumptio, sed nec dici possit, bene vel malè judicatum esse, nisi toto negotio bene perspecto, omnibusque actis & actitatis visis & examinatis.

Quæ omnia dicta sint salvo jure dicti Ducatus ac Cancellariæ Brabantiæ, quæ supremæ justitiæ potestate gaudet, nec appellationi aut provocationi Superioris est subjecta, sed nec dictus Ducatus jurisdictioni Imperii est aut unquam fuit obnoxius.

Hisce præsuppositis, ad puncta specialia in dicto memoriali contenta ex

ordine respondendo & ad prius quidem, quo supplicantes conqueruntur, quod Brabantiæ Cancellaria se ferat pro interprete privilegii, de quo agimus, dicunt Burgundici Delegati, quod per diplomata Cæsarea, quibus privilegium istud concessum & auctum est, Cancellarius ac Consiliarii Brabantiæ constituti sunt ejus Cognitores, Conservatores ac Executores, quibus proinde competit, prout à tempore immemoriali competiit, plena & omnimoda cognitio causarum omnium exinde emergentium & dependentium.

Et hæc quidem cognitio & interpretatio longè est diversa. Cognoscit Senatus Brabantiæ de causis, quæ ad Privilegium hoc Bullamque auream spectant, judicando juxta ejusdem tenorem, claramque verborum dispositionem dubiorum interpretatio ei est cujus est, relinquitur.

Objicitur, Bullam hanc à Statibus Imperii non fuisse acceptatam, aut saltem de eo non constare.

Verum quis hodie investigavit ea, quæ à trecentis penè seculis acta & gesta sunt? omni casu usus ejus, ac immemoriabilis observantia, quæ per se sola instar tituli esse debet, ad id esse debet plus quam sufficiens. Nam & pari ratione antiqua quæcunque in Imperio privilegia imò & ipsorum Judiciorum Westphalicorum, quæ privilegiata sunt, possent impugnari.

Verum enim verò expressa satis est privilegii hujus acceptatio ea, quæ in Imperii recessibus continetur, nominatim anni 1598 quo privilegium hoc pro indubitato habetur, ac duntaxat de obviandis excessibus cautum est.

Porrò, nulla est ratio, cur privilegium hoc servitus Ordinum Imperii, aut onus Teutonicæ libertati contrarium, indigitetur, cum nihil alicui imponat, sed duntaxat velit, Brabantinos non alibi, quam coram Judicibus suis conveniendos, adeoque recursum solum det ad jus commune, cum arrestorum, quæ odiosa ac irregularia sunt, amotione.

Ad secundum punctum, quod proponitur de materiis criminalibus, impenditur tenor dictæ Bullæ, qui sic sonat, quod nullus cujuscunque conditionis existat, Ecclesiasticus sive temporalis, in quibuscunque causis civilibus aut criminalibus res vitam vel honorem contingentibus aliquam jurisdictionem in subditos dicti Ducatus exercere præsumat.

Ad tertium dicunt, quod non credant, in processibus, concernentibus dictam Bullam in materia exceptionis declinatoriæ, aliter procedi, aut judicari, quam juxta juris ac styli communis rationem.

Quod in specie proponitur de lite Consulis Coloniensis, ratione domus in eâdem civitate sitæ, corona aurea nuncupatæ, ex ipsismet narratis reperitur esse impertinens; cùm exponatur litem eam pendere coram curia feudali Brabantiæ, quæ à Consilio Brabantiæ diversa est, sicque non convenire

privi-

privilegium, de quo nunc agitur, cujus cognitio ad dictum Consilium privativè spectat. Exemplum, quod ulterius affertur de lite mota per quendam Bellerbusch/ in generalibus duntaxat terminis consistit, nec designatur species facti cum suis circumstantiis, quocirca nec eidem in specie responderi potest.

Ad quartum punctum respondetur: quod si Brabantus possideat bona sita in Imperio, contributionibus, aliisve oneribus Imperii obnoxia, ipse aut ejus colonus ad eorum solutionem indubie tenetur: neque creditur, quod virtute dictæ Bullæ ea in parte datum sit aliquod impedimentum, adeò ut querela hæc potius imaginaria quam realis videatur.

Ad quintum respondetur: quod cum administrator bonorum pro reddendis rationibus personali actione teneatur, consequens est, quod Brabantus, qui bona extra Brabantiam sita administravit, non secus ac ex alio quovis contractu, virtute dictæ Bullæ, non nisi coram suo Judice sit conveniendus.

An autem privatus privilegio dictæ Bullæ renunciare possit, quæstio est altioris indaginis, nec hujus loci aut materiæ: & non posse firmis rationibus sustineri exemplo Clerici, qui privilegio fori renunciare non potest. Quia id totum ordinem clericalem concernit. *cap. si diligenti X de foro comp. & ibi DD.*

Ad sextum, quod allegatur de protensis Brabantiæ limitibus, respondetur: punctum hoc alienum esse ab hac materia, nec unum cum alio esse confundendum. Alia autem limitum quæstio est, alia evocationum ac processuum, de quibus agitur.

Quamvis quod de prorogatis limitibus odii magis quam veritatis studio objectum est, nimis sit generale, nulla nec locorum nec temporis aut personarum facta mentione, cui proinde responderi non potest.

Quod si tamen Principum aut Ordinum Imperii quisquam de limitibus quod quæratur habeat, Regis Catholici non minor, quam in justitiæ administratione erit sollicitudo, ut controversiæ hæ, more inter vicinos Principes usitato, debito modo componantur.

Ad septimum & postremum respondetur: thesin ibidem propositam esse subobscuram, ac alias geneneralem, ad quam proinde non cadit responsio.

Quod vero in specie allegatur de arcibus de Thurnich/ Brechen/ Thalenbroech & Kessenich/ in Ducatu Juliacensi sitis, nihil in præsens dici potest, non visis actis, nec cognitis causarum meritis.

Quod ad Hollandos attinet, qui pro oppidis & locis, quæ in Brabantia occupant, par privilegium usurpare obtendunt, non est Burgundicorum desuper respondere, nisi quod credant ejusmodi privilegium non posse derivari in rebelles ac injustos possessores, præsertim cum concessum sit Jo-

 hanni

hanni Brabantiæ Duci, pro eo, heredibus ac ſucceſſoribus ſuis, quod ad ſubditos rebelles applicari non poteſt. Poſtremò repetunt quod ante dictum, Regem Catholicum Dominum clementiſſimum pro ſingulari juſtitiæ, quo fertur deſiderio, non permiſſurum, ut ſub privilegii, de quo agitur, prætextu fiat cuiquam injuria, aut extra ejusdem privilegii terminos, aliter quam par eſt, procedatur. Prout & pro certo confidit de Electorum, Principum ac Ordinum Imperii prona voluntate, ut jura & privilegia ſibi ſubditisque ſuis competentia, quæ à Majoribus longa ſerie ad eum derivata ſunt, ſarta tecta conſerventur. Ratisbonæ 19 Septembr. anno 1641.

Anti informatio Burgundici Circuli adverſus Circulum Weſtphaliæ inferioris.

Reverendiſſimis, Illuſtriſſimis, Ampliſſimis, Dominationibus veſtris.

Dediſſimi

Burgundicæ Domus Delegati

Petrus Weyms.

Antonius Brun.

4. Sed quantumvis hæc ita ſatis ſpecioſè dicerentur, facti tamen evidentia Cæſarem Ferdinandum 3 & Status Imperii noſtri permovit, ut non tantùm hujus privilegii abuſum atro carbone notarent, ſed etiam de remediis cogitarent, uti ex §§. 94 & 95 *Receſſus Imperii Ratisb. de* 1641 conſtat, quorum verba hæc ſunt:

Nachdem die Stände des Niederländischen Westphälischen Creyses sich jetzo abermahlen gar hoch beklagt / daß die Brabantische Regierung zu Brüssel / unter Vorwand eines von Keyser Carl dem Vierten erhaltenen privilegii, **welches sie die Brabantische güldene Bull nennen / ihnen allerhand unleidliche Beschwerungen zufügten / sowohl in** Perſonal- **als** Real-**Sprüchen / da auch solche ausser ihrer der Regierung Gebieth** vel ratione contractus, vel delicti **vorgeloffen / obschon der schuldige an solchem Orth sich befindet / die Obrigkeitliche Erkäntnüß nicht verstatten wollen / und zu dessen Behauptung mit verbottenen / und zwar solchen schweren** Repreſſalien de facto **verfahren / daß offtmahls in einer Sach / welche nur hundert fl. wehrt / bey zehen tausend fl. oder mehr /** tertiis innocentibus, **vorenthalten und eingezogen / auch in die benachbarte Landen / mit gewaffneter Hand gerücket / und Adeliche Häuser und Schlösser mehrmahls** occupirt **und eingenommen worden / solches alles aber gemeinen Rechten / Reichs-Satzungen / dem Vertrag** de anno 1548 **und mehr andern / auch dem wahren Verstand des angezogenen** privilegii **selbst zuwider läufft / inmassen es dann die Abgesandte des Nieder-Burgundischen Creyses / aufm Reichs-Tag zu Regen-**

spurg Anno 1603 selbst also ausgedeutet/ daß er nemlich secundum jus commune, und nur dahin zu verstehen/ daß die Brabantische Unterthanen in personalibus extra territorium nicht zu evociren/ oder die Processe ab Arresto wider sie anzufangen. So haben wir auff der Churfürsten und Stände Abgesandten unterthänigstes bitten/ uns allergnädigst erbotten/ sowohl des Königs in Hispanien/ als des Cardinals Infante LL. beweglich zu erinnern/ daß dergleichen hochbeschwerlich- und und unbillige Verfahrungen alsbald abgeschafft/ künfftig allerdings verhütet/ auch dem beleidigten um ihre erlittene Schäden gnugsamer Abtrag verstattet werde/ diese unsere freundliche Abmahn- und Erinnerung gebührend beobachtet/ und ohne Frucht nicht abgehen werde; Im widrigen/ und da gegen alle besser Zuversicht mit solchen Thätligkeiten ein als den andern Weg fortgefahren werden solte/ wañ sie sich deren in den Reichs-Satzungen aufgerichteten Land-Friedens und Executions-Ordnung erlaubter Mittel/ nach Notdurfft/ und ihrer selbst eignen/ oder der Beträngten/ Rettung gebrauchen.

5. Et cùm tempore Pacificationis Westphalicæ novæ querelæ de excessibus Brabantinis audirentur, Instrumento Pacis Monasterii 1648 confecto *articulo nono* §. 1. cavebatur, *ut abusus Bullæ Brabantinæ indeque natæ repressaliæ & arresta cum inductis peregrinis certificationibus, exactionibus ac detentionibus penitus tollantur.*

6. Item renovatum in Capitulatione Ferdinandi IV. *art.* 6 verb. die hierwider eine Zeit hero verübte Mißbräuche der Brabantischen güldnen Bull nach Inhalt des jüngsten Reichs-Abschiedes de 1641 *(cujus tenorem vid. hîc §. præcedent.* 4) und itzt ermeldten Frieden-Schlusses ab und eingestellt/ wenigers nicht den im Jahr 1548 zwischen Burgund und dem Reich aufgerichteten Austrägen und Compactaten nachgelebet werde. Et Capitul. Leopoldi *art.* 8 ibi: die hiewider eine Zeit hero verübte Mißbräuche/ und die unter denselben auff der angemasten Brabantischen güldenen Bull zu unterschiedlicher Churfürsten und Stände mercklichen Nachtheil herrührende Evocations-Processen gäntzlich aufgehebt/ wie auch daß Anno 1594 bey damahligem Reichs-Tag verglichenes Gutachten vollzogen/ und denen durch gedachte Brabantische Bull gravirten Ständen auff erforderten Nothfall durch das Jus retorsionis kräfftige Hülffe geleistet werde.

7. Brabantinos autem hisce Decretis & Sanctionibus non usque adeò morem gessisse, indicat inter alia hoc scriptum in durantibus adhuc Comitiis contra Belgii Hispanici Gubernatorem Statibus Imperii oblatum, quod Amplissimus & variis eruditis scriptis Celeberrimus JCtus, Dn. Ahasverus Fritschius, Fautor noster honor. *in annotamentis ad Instrum. Pacis* verb. *abusus Bullæ Brabantinæ* adfert, & ita habet:

Pfaltz-Neuburgisch Memorial
An den allhiesigen Reichs-Convent &c.

Umb ein Reichs-Bedencken an Käyserl. Majestät wegen eines Dehortatorii an den Herrn Gubernatorn zu Brüssel. In Puncto Evocationis.

Des H. Röm. Reichs 2c. 2c.
Hochwürdige/ Hoch- und Wohlgebohrne/ 2c.

WEiln E. Hochwürden/ und meinen Großg. auch Hoch- und Vielgeehrten Herren nicht unbillich verdrießlich fallen würde/ wann die vor mehr als 100 Jahren/ bißhero fast auf allen Reichs- und Deputations-Tägen/ und bevorab bey diesem noch fürwehrendem Reichs- und Deputations-Convent von verschiedenen Churfürsten und Ständen/ und darunter auch Ihrer Hochfürstl. Durchl. zu Pfaltz-Neuburg/ meinem gnädigsten Herrn/ wider die also genante Brabant. Bull/ und daraus ausgemaste unleidentliche Beschwerde von Zeit zu Zeit schrift- und mündlich-geführte E. Hochwürden/ 2c. ex Actis publicis und denen Reichs-Protocollis vorhin bekandte Klagten aufs neue umständig vorstellen solte/ so wil man geliebter Kürtze halber alles vorige/ worinne noch nicht wircklich remedirt worden/ hiehero ausdrücklichen wiederholen/ und E. Hochw. &c. wie gerne man sonsten derselben mit vielen Queruliren verschonen wolte/ nur folgends allen Ständen des Reichs höchst-præjudicirliches Gravamen wider Willen gemüssiget/ eröffnen/ welches in deme bestehet/ daß die Hochgebohrne Frau Elisabetha/ Fürstin von Hohenzollern/ gebohrne Gräffin von Bergk/ an Hochgedachtes meines Gnädigsten Herrn Hochfürstliche Durchl. ein von Dero Herrn Vattern/ weyland Herzogen Wolffgang Wilhelm/ Pfaltzgraffen bey Rhein/ 2c. Hochseel. Andenckens/ auff Sie/ Hohenzollerischen Prinzeßin vermeintlich gekommenes Cammer-Lehn ad 138000 Brabantischer Gulden/ jeden zu 20 Stieber gerechnet/ in Capitali, und darab zur Jahres-Pension 3450 dergleichen Gulden/ aus den Aemptern/ Mühlen und Brucken/ auch Zoll zu Urmund/ alle des Herzogthums jährlich abzustatten/ prætendiret/ auch darüber verwichner Zeit Sr. Hochfürstl. Durchl. nach der Königl. Spanischen Legal-Cammer zu Gent in Flandern mit dem wider-rechtlichen Begehren evocirt hat/ daß Dero in besagter Flanderischen Provintz gelegene Herrschafft Wienenthal mit Arrest beschlagen/ und ihr aus selbigen Renten die vermeynte Lehn-Pensiones verabfolget werden mögen; Obwoln nun erwehnter Legal-Cammer eben so wenig verborgen/ als förderst der Spanischen Regierung zu Brüssel aus denen vor diesem schon öffters beschehenen Remonstrationen gnugsam bewust/ daß Sr. Hochfürstl. Durchl. nicht nur alleine mit Keyserl. Privilegio de non evocando, neq; arre-

arrestando in persona vel bonis versehen/ sondern auch vermöge der im Jahr 1543. inter Carolum V. Rom. Imperatorem, & Wilhelmum Ducem Juliacensem, Clivensem & Montensem, amborumque hæredes & successores, nec non eorum terras, Dominia & Ditiones hæreditarias, quas tunc habebant & possidebant, vel in futurum haberent vel possiderent, eorumque subditos, in specie inferioris Germaniæ, & Juliacenses, Clivenses & Montenses, auffgerichteten/ disseits biß dahero jederzeit observirten Burgundischen Concordaten expresè disponiret/ quod si aliqua controversia seu differentia inter prædictam Cæsaream Majestatem, & præfatum Ducem, eorumque hæredes & successores ex qualibet causa seu occasione exorta fuerit, vel etiam inter ipsosmet Principes, & alterutrius subditos moveri contigerit, ea controversia vel differentia coram ipsorum hinc inde deputandis Consiliariis & super arbitrio, modo, forma & loco ibidem conventis tractari & per eos vel amicabiliter componi, vel definitivè decidi, & verò si super materiam feudi quæstio moveretur, ea tunc coram illo seu Paribus Curiæ illius Principis, cujus feudum est, agitari & determinari debeat, und derowegen J. Hoch-Fürstl. Durchl. exceptionem fori declinatoriam dawider eingewendet/ und solche Ihre Exception unter andern/ sonderlich in obangezogenen authenticè ad Acta übergebenen / und an seiten der Princessin recognoscirten Burg. Concordaten/ und in dem Käyserl. Privilegio de non arrestando nec evocando, auch denen offenbaren Reichs- Satzungen bewehrlich gegründet/ und mit mehr andern unterschiedlichen Fundamenten klärlich demonstriret/ daß weder J. Hoch-Fürstl. Durchl. selbsten / noch Dero Herrschafft Wienenthal berührter anmaßlicher Lehn-Renten halber ex actione reali, vel personali allda respectivè zu conveniren / oder mit Arrest zu beschwehren sey / und dahero S. Hoch-Fürstl. Durchl. nicht unbillich der gäntzlichen Zuversicht gelebet / daß die Legal-Cammer zu Gend / vornemlich aber die Königliche Regierung zu Brüssel sich obigen allen gemäß bezeugen und keines Weges dargegen directè verfahren würde / so hat man jedennoch angeregte Concordata so viel / als das Käyserl. Privilegium, und alle übrige Argumenta consideriret/ sondern dessen/ und allen andern Einwendens ungeachtet in obgedachter Sache actione utpote notoriè personali sich pro judice competente nulliter quidem declariret / Sr. Hoch-Fürstl. Durchl. litis contestationem & responsionem aufferlegt / und unangesehen Sie/ als gegen mehr-gedachte concordata, und Käys. Privilegium höchst graviret/ zu Erhaltung selbiger / und sonsten habenden guten Rechtens ad omnem Juris effectum, & quocunque tandem alio remedio utendi coram Notario & testibus alsbalden provociren / und protestiren / und folgends den Notariat-Schein / und wie allda moris & styli eine de attentatis abgefaste schrifftliche Protestation der Legal-Cammer/ und der Princessin gebührlich insinui-

sinuiren lassen/ ist gleichwol unter sothanen incompetenter & nulliter arrogirte Jurisdiction ad ulteriora progrediret/ und Sr. Hoch-Fürstl. Durchl. mit peremptorischen Terminen zugesetzet worden/ warob sich J. Durchl. zu Rettung ihrer unstrittigen Jurium und Dero benebens ex Constitutionibus Imperii competirenden notorischen Reichs-Gerechtsamen necessitirt befunden/ endlich auch der Röm. Käys. Maj. diese gewaltthätige Zunöthigung unterthänigst zu erkennen zu geben/ und dieselbe umb Ihren Käyserl. allergnädigsten Schutz und Manutenenz gehorsambst zu ersuchen/ gestalten auch Allerhöchst-ernanter J. Käyserl. Maj. in allergnädigster Erwegung dieser unfugsamen Proceduren/ und hingegen Sr. Hoch-Fürstl. Durchl. rechtmässigen petiti, ein solches Rescri-
A. ptum Dehortatorium sub lit. A. an den vorigen Herrn Gubernatorn abgehen/ und nachmahls an den jetzigen Conte de Monterey allergnädigst renoviren lassen / daß man sich keines andern / als der Erkäntnuß verhängten Unrechtens/ und mithin deß schuldigen Emfolgs dieser allergnädigsten Abmahnung / unfehlbar versehen sollen; Es hat aber solche geschöpffte gute Hoffnung so weit gefehlet/ und dargegen die anderseitige Begierde dergleichen wider Sr. Hoch-Fürstl. Durchl. einmal angefangene nullo jure justificirliche Attentata ferners zu continuiren/ dermassen prævaliret / daß wol-gedachter Herr Gubernator da-für hält / durch einen in satis civilibus, sed tamen negativis Terminis gefasten/ und Sr. Käyserl. Maj. eingeschickten Bericht sub lit. B. hierbey seine prætensam Jurisdictionem mit dermaliger Vorbeygehung der also genanten Brabantischen Bull/ auß folgenden zweyen Motivis principaliter zu behaupten. 1. Quod vigore juris consuetudinarii Flandriæ, in cæteris fermè omnibus Belgii Provinciis semper sanctè observati, quo contra quemcunque alienigenam in actione (quod notandum) etiam merè personali virtute Arresti super illius bonis, hisce ditionibus sitis, decreti, Jurisdictio fundetur; 2. Quod ipsemet Rex Catholicus indubitatus Imperii Princeps, à propriis subditis in jus vocatus, se suorum Conciliorum & Curiarum decisioni & judicaturæ subjicere minimè detrectet. Antequam ad diluendas has objectiones procedatur, præprimis ex Domini Gubernatoris ad Augustissimum Imperato-
B. rem declaratione in scriptis facta, & superius sub lit. B. allegata manifestè adparet, quod & ipse Dominus Gubernator Bullæ Brabantinæ diffidens, fundamenta sua non in ea ponat, sed tales evocationes, quæ antehac potissimam causam vel magis attentatorum propugnaculum ex illa trahebant, in posterum per alia subterfugia defendere allaboret, consequenter ejus confessio propria ab hac parte omni meliori modo acceptata, & quâ probatio solidior esse non potest, tandem sola sufficiet, ut seriò præcaveatur, ne similibus evocationibus, Arrestis, aliisque attentatis Status Imperi, qui hactenus sub prætextu illius Bullæ non absque magnis eorum incommodis & damnis

fuêre

fuêre turbati, non amplius graventur, ſed omnes abuſus & exceſſus penitùs tollantur. Quibus præmiſſis ad 1. reſpondetur, ſicuti Bulla Brabantina, cujus fundamento attentatam evocationem non eſſe juſtificandam, Domino Gubernatori meritò viſum fuit, aliàs hoc fulcro contra Status Imperii hactenus tantoperè uſurpato, nec tum ſuperſediſſet, in hac cauſa vim nullam habet; Ita etiam Sereniſſimo Duci Palatino-Neoburgico Flandriæ, & aliarum Belgii Provinciarum conſuetudo pro ariete citata, vel minimè efficere poteſt, juxta etenim ſuperius allegata, ſi uti par eſt, & propter reſpectum alterius partis conventioni quoque obligatæ, nemo dubitare debet, ſæpe memoratis concordatis ante centum & viginti octo annos ſub tanta fide erectis ſtare cordi fuerit, oppoſita illa conſuetudo generalis, licet neceſſariis requiſitis ſubnixa eſſet, deſideratum tamen effectum pro intentata evocatione ſortiri nequit. Nam conſuetudo illa vel ante vel poſt annum 1543. invaluit, ſi priùs, tunc per ſubſequens pactum Antidorale, Sereniſſima Domus Burgundica dictæ conſuetudini, quoad Sereniſſimum Palatino-Neoburgicum, renunciavit. Concordata enim & conſuetudo eis contraria in uno ſubjecto ſimul non ſubſiſtunt; Si poſteriùs, nemo negabit, quin contra concordata, de utriuſque partis ſtipulatione in futurum ſtatuentia, alterâ, utpote leges fœderis ſanctè colente & adverſariis conatibus renitente, nulla obſervantia in jus conſuetudinarium introducenda, ex actibus à tempore factæ transactionis hucuſque ſemper contradictis locum habitura ſit. Aliud foret, quandò Sereniſſima Domus Burgundica concordata illa omninò extingui deſideraſſet, & illud per debitam denunciationem priùs notificare ei placuiſſet, quò eventu Sereniſſimo Duci ſuo Palatino-Neoburgico copia fuiſſet, ſe quoque declarandi an ſimul ab illis concordatis reſilire, & abſque reflectione ad retrò acta & conventa ſua jura per alia media adæquata & licita tueri vellet, quæ ex ſuprà memorato privilegio & variis Imperii Conſtitutionibus, aliiſquè jurium remediis uti nunc, ita tunc competiiſſent, hoc autem intermiſſo & concordatis ad deſtinatum finem & fidelem obſervantiam in præſcripto vigore hucuſque permanſis, nullus erit, qui non rejecta conſuetudinis objectione pro concordatis pronunciabit, & adverſæ partis actiones non modò contraventionis, ſed & violentiæ vitio damnabit. Et poſito, ſed non conceſſo, juriſdictio illa in actionibus perſonalibus ſibi arrogata, & cognitiones cauſarum ab ea dependentes, nullis interventis concordatis in exercitio conſuetudinis nunc allegatæ (ſemper contradictæ) continuaſſent, tunc in comperto eſt, quod talis uſurpatio laudata, etſi contra alios ita dictos alienigenas deprædicatam vim unquam legitimè obtinuiſſet, attamen erga Principes & Status Imperii non abſque ejuſdem Imperii Conſtitutionum violatione, multò minùs adverſus ſpeciali privilegio munitos

 ſtrin-

ſtringere valeret. Notum enim eſt ſine multa deductione, an? & quando? ac ſub quibus requiſitis? præſuppoſita quoque ante omnia prætenſione liquida debitor, etiam tamen plebejus, ex actione merè perſonali coram judice tàm ratione originis & domicilii, quàm contractus aliàs incompetente conveniri, & illuc evocari, ejuſque bona in dicti Judicis, reſpectu actionis perſonalis incompetentis territorio ſita, nullo pignoris vel hypothecæ nexu affecta, arreſtari, ac fructus ex iis provenientes creditori, agenti, in ſolutum adjudicari poſſint. Si hoc de plebejo, quid de Principe, & Statu Imperii libero dicendum? Quid de controverſia ſuper cauſa feudali orta ſentiendum? Quæ ubi ventilari & determinari debeat, neminem latet. Tacendo inſuper, quod ex Domini Gubernatoris aſſerto per actionem perſonalem inſtitutam juriſdictio non potiùs quàm virtute arreſti in anteceſſum decreti, vi nempè proceſſus ab executione cœpti fundetur, & ex illo principio accuſatus litem conteſtari, atque in cauſa principali reſpondere teneatur, vel obnoxius ſit ſententiæ contra eum in contumaciam pronunciandæ, non attentatis nimirum aliis tàm de jure, quàm vigore conſuetudinis cujuſdam rationabilis neceſſariis requiſitis, quem in modum etiam Sereniſſimo Duci Palatino-Neoburgico non difficile foret, nec occaſio deeſſet, jurisdictionem ſuam eâdem lege & praxi contra quoſcunque alios, licet ſibi non ſubjectos, quotidiè extendere.

Ad argumentum ſecundæ in vim objectionis factæ propoſitionis, vel potiùs examplificationis, quod Rex Catholicus juſtitiæ legibus ſe in tantùm ſubjiciat, ut etiam à propriis ſubditis ſe in Jus vocari ſinat, & deciſionem ac judicaturam ſuorum Conciliorum & Curiarum non declinet, ex parte Sereniſſimi Ducis Palatino-Neoburgici non eſt, quod opponatur, ſed obſervantia illa & juſtitiæ cultus, qui ſuo reſpectu etiam alibi viget, magis commendandus videtur; Utrum autem hoc exemplo ad ſtabiliendas evocationes & Arreſta legitimanda, aliàs omni jure prohibita, in præjudicium exterorum, præſertim Electorum, Principum ac Statuum Imperii quædam conſequentia rationabilis juri & æquitati conſentanea, ac unquam in praxi audita inferri queat, ipſi Domino Gubernatori dijudicandum relinquitur, qui haut pergrave agnoſcet, an non ipſe Rex Catholicus huic illationi peſſimè concludenti ſeriò contradiceret, ego nullus dubito, quin æque omnes Electores, Principes & Status Imperii, quàm Sereniſſ. Dux Palatino-Neoburgicus iſti ſententiæ, utpote in ſummam juriſdictionum Imperii, ejusque conſtitutionum deſtructionem, ac privilegiorum, præëminentiarum, aliarumque prærogativarum ſubverſionem degeneranti in affirmativam ſubſcribere detrectarent, conſequenter tales evocationes juri communi, Conſtitutionibus Imperii, Capitulationibus Cæſareis, & Inſtr. Pacis repugnantes

ſibi

ſibi obtrudi nullatenùs permitterent. Nechſtdem iſt wol-ermeltem Herrn Gubernatori, wie oben gedacht / nicht verborgen / daß J. Hoch-Fürſtl. Durchl. mein Gnädigſter Herr / beneben noch mit einem Käyſerl. Privilegio de non arreſtando neque evocando in perſona vel bonis, deme eine gewiſſe und ſchwere Straffe gegen die Contraventores inſerirt / ſchon vor langer Zeit verſehen / Und obwol Er vorwendet / quod dicta Principiſſa in ſuo Marchionatu Bergezomenſi ſub Ordinum unitarum Provinciarum dominio fixum domicilium habens, Conſtitutiones Imperii ſeſe non tangere, conſequenter & illud privilegium Eam non obligare adſtruat, ſo wird doch derſelbe nicht übel vermercken / daß man umb ſo viel mehr / als wol-berührter Herr Gubernator in ſeiner ſchrifftlichen Erklärung ſelbſten angezogen / quod Rex Catholicus indubitatus Imperii Princeps ſit, billich erachte und verhoffe / das Hochl. Hauß Burgund werde hingegen auff die Conſtitutiones Imperii, und Käyſerl. Privilegia gebührend reflectiren / und wann dieſes geſchicht / ſo ceſſiren dergleichen Evocationes ohne dem / und kan die Princeſſin von Hohen-Zollern ſuper denegata juſtitia, quam apud incompetentem Judicem nulliter imploravit, & quæ illi ſalvis Imperii Conſtitutionibus ac citra ſæpè dicti Privilegii contraventionem ab eo adminiſtrari non poteſt, ſich mit keinem fug beſchwehren; bey welcher der Urſachen wahren Beſchaffenheit / und weiln die bißhero geklagte Beſchwerden nicht abnehmen / wol aber die alte Gravamina faſt von Zeit zu Zeit mit neuen dergeſtalt gehäuffet werden / daß man nunmehr publicè und ſchrifftlich manuteniren wil / es mögen nicht weniger die Stände deß Reichs in actionibus merè perſonalibus evociret werden / welches nicht nur alleine J. Hoch-Fürſtl. Durchl. meines Gnädigſten Herrens ſpeciali Privilegio ſchnur-ſtracks zu wider lauffet / ſondern anneben zu mercklichem Abbruch des H. Römiſchen Reichs Authorität / Hoheit / Jurisdiction, und deſſen wol-verſehenen Satzungen / auch Chur-Fürſten und Ständen / und allen Reichs-Unterthanen insgemein zu böſer Conſequentz und höchſtem Nachtheil gereichen würde / wann ſolchen unerträglichen Anmaſſungen / bevorab auff allgemeiner Reichs-Verſamlung / ubi ex propoſitis Statuum querelis ſimilia gravamina, & ex illis, niſi in tempore efficax remedium adhibeatur, Præjudicia tandem irreparabilia innoteſcunt, gantz ſtillſchweigend nachgeſehen werden ſolte; So habe auß Gnädigſtem Befehl E. Hoch-W. &c. &c. hiermit gebührend und gantz angelegenen Fleiſſes zu erſuchen / Sie geruhen / ob-verſtandene unleidentliche / Ihren Hohen Herrn Principalen / Committenten / und Obern auch ſelbſten zu gefährlicher Nachfolge abzielende Zumuthungen (dann was heute meinem Gnädigſten Herren geſchiehet / das kan morgen einem andern begegnen) ſeiner Wichtigkeit nach wol conſideriren / und in beliebiger Erinnerung was wegen dererley widerrechtliche Evocationes, Arreſta, und andere Attentata in Anno 1594. von ge-

gesambten Chur-Fürsten und Ständen abgegebenen Reichs-Gutachten / auch folgends in dem Reichs-Abschied de Anno 1641. bereits enthalten / in utroque Instrum. Pacis art. IX. §. 1. denen Käyserl. Wahl-Capitulationen / und mehr andern Constitutionibus heilsamlich statuiret / bey der Röm. Käyserl. Maj. unserm allerseits Aller-Gnädigsten Käyser und Herrn / durch ein bewegliches Reichs-Bedencken zu vermitteln / damit Allerhöchst J. Käyserl. Majest. voriges Dero Allergnädigstes Dehortatorium an den Herrn Gubernatorn zu Brüssel / nicht alleine arctius wiederholen / sondern auch auff allen widrigen Fall die würckliche Vorkehrung deren in vorangezogenen / uñ andern Reichs-Satzungen zu Hülff und Rettung der beträngten Ständen begriffene Remedia, Allergnädigst und nachdrücklich resolviren; Solche bezeigende Wilfahrung / der sich Ihre Hoch-Fürstl. Durchl. gegen Ihre Chur- und Fürstl. auch andere Herren Mit-Stände auß sonderbahren zu denen sampt und sonders habenden guten Vertrauen / sich ohnfehlbar getrösten / werden sie auff alle Begebenheit hinwiederumb beflissentlich zu ersetzen niemaln ermangeln / und es anneben umb E. Hoch-W. &c. dancknehmig erkennen / ich aber beständig verbleibe

E. Hoch-W. rc. und meiner Großg. auch Hoch- und Viel-geehrten Herren

Gantz bereit-Dienstwillig- und geflissenster

Hoch-Fürstl. Pfaltz-Neuburgischer Gevollmächtigter Abgesandter

Johann Ferdinand Yrsch / rc.

Lit. A.

LEOPOLDUS, &c. &c.

EX adjuncta Copia libelli supplicis nomine Serenissimi Philippi Wilhelmi, Comitis Palatini Rheni, Bavariæ Ducis, exhibiti, pluribus videbitis, quem in modum is conqueratur, quod ab Henrici Comitis de Berg, Supremi Equitatus Hispanici Præfecti, Filia, Principissa de Zollern, intuitu prætensionis cujusdam seu modificatæ, non verò adimpletæ Stipulationis, inter dilectionis suæ quondam Patrem & dictum Comitem de Berg, factæ, coram Regimine seu Concilio Bruxellensi incompetenter conveniatur, demissè Nos requirendo, ut, quoniam ejusmodi Electorum, Principum ac Statuum extra Imperium evocationibus Eorundem Privilegia, ac Constitutiones etiam Imperiales è diametro adversentur, Nostra apud vos officia benignè interponere vellemus. Sicuti igitur pro Imperatorii Nostri muneris ratione justæ petitioni huic partes nostras, vel eò minùs denegandas duximus, quo magis

magis alias etiam personalis hæc actio omni jure Rei forum sequi necessè habet; Ita vel pro eo ac totius Augustæ Domus nostræ maximè interest, dictum Serenissimum Ducem hoc potissimum in tempore præter Jus Æquumve non offendi, sed benevolum potiùs ac bene affectum conservari, Vos eò etiam confidentiùs monemus, atque requirimus, quatenùs evocationem hanc dicto Concilio Bruxellensi aliisque locis opportunè ac seriò inhibere, idque ordinare velitis, ne dicta Principissa de Zollern in hac personali actione ultra audiatur, quin potiùs cum prætensione sua, si eam in jure fundatam existimet, ad Nos, aliave in Imperio fora competentia remittatur. Id quod cùm justitiæ bonæque vicinitatis juribus consonum, tum Nobis pergratum est futurum; Qui, quod reliquum est, &c. Viennæ 8. Julii, Anno 1671.

Lit. B.

Serenissime ac Potentissime Romanorum Imperator, Domine Clementissime.

EX benignissimis Cæsareæ Majestatis Vestræ 8 Julii & 7 Augusti, ultimorum elapsorum Mensium datis literis pluribus intellexi, quid Majestati Vestræ ad instantiam Serenissimi Ducis Philippi Wilhelmi, Comitis Palatini Rheni, & Bavariæ Ducis &c. ratione litis à Principissa de Zollern contra Eundem Gandavi in Curia Legali Comitatus Flandriæ intentatæ, mihi clementissimè demandare placuit. Cum igitur nihil adeò mihi sit in votis, quàm omnibus modis & occurrentiis promptissimum meum Cæs. M. V. obtemperandi studium, quantum in me est, testatum reddere, pariterque præfati Serenissimi Ducis amicitiam constanter, uti par est, colere & conservare, hoc negotium Conciliis Regiis pro debita informatione ac discussione quamprimùm communicandum duxi, quatenus benè perspecta ac ponderata rei serie, majori cum fundamento & efficacia id statuere possem, quod jure & justitia salvis licitum videretur. Ex relatione autem mihi desuper subministrata patet, dictam Principissam de Zollern, Henrici Comitis de Berg, Supremi quondam Equitatus Belgici Præfecti Filiam, à Prætacto Serenissimo Duce, censum seu canonem sex millium nongentorum Florenorum annuorum à Celsitudinis suo Domino Parente, dicto Comiti de Bergk assignatum postulare, pro cujus solutione obtinenda, cum à multis retrò annis nihil inde se percepisse conqueratur, Toparchiam de Winnenthal ad dictum Dominum Ducem spectantem in meditullio Flandriæ sub memoratæ Curiæ Legalis indubitatæ, jurisdictione sitam judicialiter arrestari curavit, cui arresto ejusdem Serenissimi Ducis Mandatarius Durus in dicto Tribunali se opposuit, allegans, Dominum suum, uti Imperii Principem,

curiam, ibidem actione personali conveniri non posse, petensque idcircò causam dimitti ad judicem suum competentem. Verum hæc exceptio interlocutoria dictæ Curiæ sententiâ præterito mense Aprili latâ plenè rejecta, ipsique injunctum fuit, ut vigore Juris Consuetudinarii Flandriæ in cæteris fermè omnibus Belgii Provinciis semper sanctè observati, quo contra quemcunque alienigenam in actione etiam merè personali virtute arresti super illius bonis in hisce ditionibus sitis decreti, jurisdictio fundatur, litem contestaretur, adeò, ut ab eâdem prædictum Serenissimum Ducem hoc casu eximendi, vel eo minùs ullus superesse modus videatur, quod dictæ Principissæ in suo Marchionatu Bergezomensi, sub Ordinum unitarum Provinciarum Domino fixum domicilium habenti petita administratio justitiæ juxta statuta Belgica (sub solo prætextu Constitutionum Imperii, quas illa nullatenus sese tangere adstruit) negari nequeat. Intereà tamen ad manifestandum singulare sæpè memorato Serenissimo Duci complacendi desiderium sanctius Concilium Regium à prætacto Mandatario Durus hac de re ante aliquot Septimanas exhibitum libellum supplicem ad supradictam Curiam Legalem remittendum decrevit, cum inhibitione de non procedendo ulteriùs in hac causa, donec viso quidem Curiæ judicio aliud statueretur; at dictus Mandatarius fortè veritus, ne suæ intentioni minùs consentaneum foret, ac proinde ad litis contestationem tàm suprà hoc censu annuo, quàm aliis supra memoratæ Principissæ prætensionibus adstringeretur, illud ipsum producere hactenus intermisit. Quæ cum ita sint, indeque certò constet dictam Principissam sæpè memoratum Serenissimum Ducem coram prætacta Curia legitimè convenire potuisse, eundemque facilè in contumaciam condemnandum, nisi litem contestetur, seque in judicio defendere allaboret, vix video, quomodo mihi integrum erit, hac in re mutationem aliquam decernere, ne cursum justitiæ præpedire ac Statutis & Privilegiis Patriæ meâ authoritate, quod absit, videar velle derogare, quando & ipsemet Rex Catholicus, Dominus meus Clementissimus, indubitatus Imperii Princeps, à propriis subditis in Jus vocatus, se suorum Conciliorum ac Curiarum decisioni & Judicaturæ subjicere minimè detrectet. Hoc unicum hoc in rei statu Cæs. Majestati Vestræ sanctè polliceri possum, me sedulò advigilaturum, ne sæpè nominatus Serenissimus Dux præter æquitatem in quopiam gravetur, quin potius illius, quod ipsi competere potest, juris ratio accuratissima habeatur. Quod Cæsaream Majestatem Vestram debita submissione hisce minimè celandum putavi, Cui de cætero promtissima mea obsequia semper offerens. Bruxellis 18 Septembr. Anno 1671.

Cæs. Maj. Vestr.

Humillimus & obsequentissimus Servus.

Comte de Monterey, &c.

Quæ supra §. 6. leguntur, novissimè quoque in Capitulatione Serenissim. Rom. Regis Josephi repetita sunt *Artic.* 8. verbis: **die hierwider zeithero verübte Mißbräuche / da zum offtern die Rechtsfertigung von ihren ordentlichen Richtern deß Reichs ab / und nach Holland / Brabant und an andere außwendige Potentaten gezogen werden / und die unter denselben auß der angemaßten Brabandischen güldenen Bull zu unterschiedlichen Chur-Fürsten / Fürsten und Ständen mercklichem Nachtheil herrührende** Evocations-Processen **gäntzlich auffgehebt / wie auch das** Anno 1594 **bey damahligem Reichs-Tag verglichenes Gutachten vollzogen / und denen durch gedachte Brabantische Bull** gravirten **Ständen / auff erforderten Nothfall / durch das** jus Retorsionis **kräfftige Hülffe geleistet werde.**

CAPITULATIO
MAXIMILIANI
SECUNDI
IMPERATORIS

Quam

Juxta ORIGINALE, quod in Sereniss.

ELECTORIS PALATINI

ARCHIVO

reperitur,

Primus omnium

integram

edidit

ANNO M DC LXXXII

HENRICUS GÜNTERUS

THÜLEMARIUS.

Tertiùm Recusa

ANNO cIↄ Iↄc XCVII.

HENR. GÜNTERI THÜLEMARII PRÆFATIO Ad *Benevolum Lectorem.*

I.



Apitulationem Maximiliani II. Imp. primus, quantum mihi constat, evulgavit Melchior Goldastus *parte* 2 **der Reichssatzungen** *pag. mihi* 285 *& seqq. edit. de* 1613. Ejus exemplar descripsit, & in calce tractatus sui *de lege Regia Germanorum* inter aliorum Cæsarum Capitulationes edidit Benedictus Carpzovius JCtus Celeb.

2. Uterque autem in isto exemplari non deprehendit aliquid defectus, quod inde colligo, quia nulla ejus rei mentio facta.

3. Johannes Limnæus primus fuit qui conjecit Goldastinam istam Capitulationis hujus editionem mutilam esse, hinc in principio annotamentorum ad dictam Capitulationem in hæc prorumpit verba: *Est autem* (Maximiliani 2 scil. Capitulatio) *non solum differens à Caroli V & Ferdinandi I Capitulationibus stylum quod attinet, sectiones articulorum & collationem materiarum, verùm etiam in substantialibus ipsis. Multa enim hic omittuntur, quæ in illis expressa sunt, & hic utiliter exprimi potuissent: Unde non semel ea mihi suspecta visa est, & adhuc credo hanc Copiam cum Originali non convenire. Postquam vero hucusque aliud exemplar ex archivis obtinere haut potui, necessitas mihi hanc imposuit legem, ut uterer præsenti.* Eandem illum retinuisse opinionem patescit ex *addit. secund. ad lib.* 2 *jur. publ. cap.* 4 *n.* 89 *p. m.* 24 *in fin.*

4. Hæc cùm legissem, & accuratè rationes Limnæi ponderâssem, non potui, quin manibus pedibusque in ejus vias concederem; hinc nihil magis optabam, quàm ut Originale aliquod dictæ Capitulationis inspicerem.

5. Voti autem mei compos factus sum, postquam Sereniss. & Potentiss. Elector Palatinus Carolus, Dominus meus clementissimus, pro innata sibi clementia mihi non solùm inspectionem omnium Cæsarearum Capitulationum Originalium, sed & copiam Capitulationis Maximiliani II Imp. gratiosissimè indulsit. Quam ob anxia multorum Clarissimorum Virorum desideria nunc prelo subjicio, quò tandem, post tantum temporis intervallum, videre queamus, quinam sit integer ejus tenor.

6. Limis quisquis saltem oculis hoc, quod ex Archivo Electorali Pala-

 tino

tino edimus, exemplum intuebitur, ſtatim animadvertet: multo plura in eo contineri, quàm in Carpzovii, Limnæi & Goldaſti editionibus. Unde autem mancam iſtam Copiam Haiminsfeldius acceperit, quia non commemorat, ſcio cum ignariſſimis.

7. Copiam verò ex Originali Palatino deſcriptam eapropter exhibeo, quia hoc eandem cum cæterorum Electorum autographis habet fidem. Nam ex Capitulationum omnium fine notum eſt, quod (licet nullum Capitulationis exemplar Archivo Imperii inferatur) tot authentica exemplaria conficiantur, quot ſunt Electores.

8. Sic olim, cùm ſeptem eſſent Electores, *ſex* autographa exempla expediebantur, quorum quodlibet nomine & ſigillo Cæſaris noviter electi munitum erat, vid. *Capitulat. Caroli V in fin.* verb. **Des zu uhrkund haben wir dieſer brieffe ſechſe in gleicher form und laut gefertiget / und mit unſerm Königlichen anhangenden Inſigel bekräfftiget / und jedem obgemelten Chur-Fürſten einen überantwortet.** Idem dicitur *in fin. Capitul. Ferdinandi I, Maximiliani II, Rudolphi II, Matthiæ, Ferd. II & III.*

9. Poſt Octoviratum autem anno 1648 introductum *ſeptem* Capitulationis exemplaria authentica & uniformia Cæſaris ſubſcriptione & ſigillo conſpicua exarantur, ex quibus quivis Elector peculiare accipit exemplum, vid. *Capitulat. Ferd. IV. in fin.* & *Leopold. in fin.* (*) necnon *Joſephi in fin.* (**) excepto ſolo Rege Bohemiæ, qui, quemadmodum nihil curæ confert ad Capitulationem conficiendam, ita nec major ejus hac in parte ratio habetur, quàm aliorum Imperii Germanici Statuum, qui non ſunt ex Electorum numero, hinc non adipiſcitur exemplar Capitulationis originale.

(*) Non ignoro, quod in editionibus Leopoldinæ Capitulationis apud Carpzov. *d. libro de lege Reg. anno 1677. in folio edito*, Eitell Frider. von Herden *p. m.* 422. der grundfeſte deß Heil. Röm. Reichs Balthaſar Ceilar. *in fin. politicæ*, alioſque, verba ista finalia: des zu uhrkund haben wir dieſer brieffe ſieben &c. haut inveniantur. Sed errorem hunc eſſe graviſſimum animadvertebam, cùm ante aliquot menſes in Archivo Elect. Palatino illius Capitulationis originale ex triginta & ſeptem foliis membraneis conſtans evolverem; ſic enim ibi legitur: deſſen zu uhrkund haben Wir dieſer brieff ſieben in gleichem laut gefertigt und mit unſerm anhangenden Inſigel bekräfftiget. Der geben iſt in unſerer und des Heil. Reichs Stadt Franckfurt ꝛc. den 18 Monatstag Julii 1658.

(**) Verbis: deſſen zu wahrer urkund / auch wegen unſers geringen alters zu mehrer befeſtigung haben Ihre Käyſerl. Majeſtät auff Unſer und geſambter Chur-Fürſten gehorſames erſuchen / ſodann Wir dieſen Brieff eigenhändig unterſchrieben / und Unſere groſſe Inſiegel anhengen / auch dern ſieben gleichförmiche Exemplaria machen und fertigen laſſen. Geben in Unſerer und des Heil. Röm. Reichs Stadt Augſpurg den 24. Januar. 1690.

10. Palatinum Originale Capitulationis Maximiliani II ex decem foliis albæ membranæ conſtat, novem ex illis tenorem ſubſequentem inſcriptum continent, decimum autem literis vacuum eſt. Per iſta decem folia ductus eſt funiculus ſericus rubri coloris, ex quo in fine pendet majuſculum ſigillum ex cera flava confectum, in medio habens ceram rubram, cui Maximi-

liani II. insigne (sine ulla tamen aquila) impressum est, circumscriptum quadratis literis: MAXIMILIANUS D. G. REX BOEMIÆ ARCHIDUX AUSTRIÆ MARCHIO MORAV. LUCEMBURGENSIS AC SYLESIÆ DUX ET MARCHIO LUSATIÆ &c.

11. Cæterorum Imperatorum sigilla Capitulationum originalibus (quæ in Archivo Palatino adservantur) appensa inserta sunt capsulis ligneis.

12. Omnium etiam Capitulationum autographarum articuli sunt plagulis albis membranaceis in folio, ceu appellant, inscripti.

13. Articuli quidem Capitulationis Maximiliani II in Originali Palatino ciphris distincti non sunt, eas tamen ad imitationem aliorum, qui Capitulationum apographa hactenus ediderunt, adposui.

Hæc Te C. L. volui, ne nescires. De cætero confido tibi haut displicituram opellam meam, qui primus omnium *integrum Capitulationis Maximiliani II contextum* edo. Vale! Dab. Heidelbergæ ex Museo Mense Martio. Anno 1682.

CAPITULATIO MAXIMILIANI II Imp.

Wier Maximilian der Ander von Gottes Gnaden Römischer König / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / in Germanien und zu Böheim König / Ertz-Hertzog zu Oesterreich / Hertzog zu Burgund / zu Lützenburg / in ober- und nieder-Schlesien / zu Braband / zu Steyr / zu Kähreden / zu Crain / zu Würtenberg 2c. Fürst zu Schwaben / Marg-Graff zu Mähren / in ober- und nieder Lausitz 2c. Gefürster Graff zu Habspurg / zu Flandern / zu Tyrol / zu Pfierd / zu Khyburg und zu Görtz / Land-Graff im Elsas / Marg-Graff des Heil. Röm. Reichs ob der Enß und zu Burgau / Herr auff der Windischen Marck / zu Portenau und zu Salins 2c. bekennen öffentlich mit diesem Brieff / und thun kund allermänniglich; Als Wier auß Schickung des Allmächtigen in kurtz vergangenen Tagen durch die ordentliche Wahl der Ehrwürdigen und Hochgebohrnen Danielen zu Meintz Ertz-Bischoffen / Johanssen bestättigten zu Trier / Fridrichen erwehlten zu Cöln / des Heil. Röm. Reichs in Germanien, Gallien und durch das Königreich Arelat auch Italien Ertz-Cantzlar / Fridrich Pfaltzgraven bey Rhein und Hertzogen in Beyern /

 Augu-

Augusten Hertzogen zu Sachsen / Landgrafen in Thüringen und Marggrafen zu Meissen / und Joachimen Marggrafen zu Brandenburg / zu Stettin / Pommern / der Cassuben und Wenden Hertzog / Burggrafen zu Nürenberg und Fürst zu Rügen / des Heil. Röm. Reichs Ertz-Truchsessen / Ertz-Marschalck / und Ertz-Cammerer / unsere liebe Neven / Oheim und Churfürsten / zu der Ehr und Würde des Römischen Königlichen Nahmens und Gewalts erhoben / erhöhet und gesetzt seyn / der wir uns auch / Gott zu Lob / dem Heil. Reich zu Ehren / und der Christenheit und Teutscher Nation, auch gemeines Nutz willen beladen / daß Wir Uns demnach auß freien gnädigen willen / mit denselben unsern lieben Freunden / Neven und Churfürsten / diser nachfolgenden Articul geding und Pacts weiß vereiniget / vertragen / die angenommen / bewilligt und zu halten zugesagt haben / alles wissentlich / und in krafft diß Brieffs.

1. ZUm ersten daß wir in Zeit solcher unserer Königl. Würde / Ambts und Regierung die Christenheit und den Stuel zu Rom / auch Bäpstliche Heiligkeit und die Christliche Kirchen / alß derselbigen Advocat, in gutem Befelch / Schutz und Schirm haben / darzu insonderheit in dem Heil. Reich Frieden / Recht und Einigkeit pflantzen und auffrichten und verfügen sollen und wollen / daß die ihren gebührlichen gang dem Armen alß dem Reichen gewonnen und haben / auch gehalten / und denselbigen ordnungen auch freyheiten / und alten löbl. herkommen nach / gerichtet werden sollen.

2. Gleichwohl so viel diesen auch den nachfolgenden Articul gegenwertiger Obligation, anfahende / **das sollen und wollen wir mit ihr der Chur-Fürsten / Fürsten** / belangt / haben vorgemelte unsere liebe Oheim / die Weltlichen Churfürsten sich außtrücklich gegen uns erkläret / was daselbst von dem Stuel zu Rom / auch der Päbstlichen Heiligkeit / für meldung geschicht / das ihre liebden darin nit wolten bewilligt noch uns darmit verbunden haben.

3. Wir sollen und wollen auch sonderlich die vorgemachte güldene Bull / den Frieden in Religion und Prophan Sachen / auch den Landfrieden / sampt der handhabung desselben / so auff jüngst zu Augspurg im fünff und fünffzigsten Jahr gehaltenen Reichstag aufgerichtet / angenommen / verabschiedet und verbesseret worden / stett und fest halten / handhaben / und darwider niemands beschweren / oder durch andere beschweren lassen / und die andere des Heil. Reichs Ordnungen und Gesetz / so viel die dem obgemelten angenommenen Reichs Abschied im fünff und fünffzigsten Jahr zu Augspurg auffgerichtet / nicht zuwider / confirmiren, erneuen / und wo noth dieselbigen mit Raht unser und des Reichs Churfürsten / Fürsten und anderer Stände besseren / wie das zu jederzeit des Reichs gelegenheit erforderen wird.

4. Und

4. Und in alle weg sollen und wollen wir die Teutsche Nation, das Heil. Römische Reich / und die Churfürsten / als die fordersten Glieder desselbigen / auch andere Fürsten / Graven / Herren und Stände / bey ihren Hoheiten / Würden und Rechten / Gerechtigkeiten / macht und gewalt / jeden nach seinem stand und wesen bleiben lassen / ohne unser und männigliches eintrag und verhinderung / und ihnen darzu ihre Regalia und Obrigkeit / Freiheiten / Privilegien / Pfandschafft und Gerechtigkeiten / auch gebrauch und gute gewohnheit / so sie bißhero gehabt haben / oder in übung gewesen seyn / zu wasser und zu land / in guter beständiger Form / ohne alle weigerung confirmiren und bestätten / sie auch dabey / als erwehlter Römischer König / handhaben / schützen und schirmen / doch männiglich an seinem recht unschädlich.

5. Wir lassen auch zu / daß die gedachte Sechs Churfürsten je zu zeiten / nach vermög der güldenen Bull und ihrer gelegenheit zu des Heil. Reichs und ihrer nothdurfft / auch so sie beschwerlich obliegen haben / zusammen kommen mögen / dasselb zubedencken und zuberathschlagen / das wir auch nicht verhinderen noch irren / und derhalben kein ungnad oder widerwillen gegen ihnen samentlich noch sonderlich schöpffen und empfahen / sondern uns in deme und anderm der güldenen Bull gemäß / gnädiglich und unverweißlich halten sollen und wollen.

6. Wir sollen und wollen auch alle unziembliche häßige Bündnüssen / verstrickung und zusammenthun der unterthanen / des Adels / gemeinen Volcks / auch die empörung und auffruhr und ungebührlich gewält / gegen den Churfürsten / Fürsten und anderen fürgenommen / und die hinfühpro geschehen möchten / auffheben / abschlagen / und mit ihrer der Churfürsten / Fürsten und anderer Stände rath und hülff daran seyn / daß solches / wie sichs gebührt und billich ist / in künftiger zeit verbotten und fürkommen werde.

7. Wir sollen und wollen darzu für uns selbst / als erwehlter Römischer König / in des Reichs Händeln auch kein Bündung oder Einigung mit frembden Nationen noch sonst im Reich machen / Wir haben dan zuvor die Sechs Churfürsten derhalben an gelegene Mahlstatt zu ziemlicher Zeit erfordert / und ihren willen samentlich / oder des mehrentheils aus ihnen / in solchem erlangt.

8. Was auch die Zeit hero einem jeden Churfürsten / Fürsten / Herren und andern / oder dero Voreltern oder Vorfahren / geistlich und weltlichs Standts dergestalt ohne recht gewaltiglich genommen oder abgetrungen / sollen und wollen wir der billigkeit / wie sich in recht gebührt / wieder zu dem seinen helffen / bey solchen auch / so vieler recht hat / handhaben / schützen und schirmen / ohne alle verhinderung / aufhalt oder saumnus.

9. Zu dem und insonderheit sollen und wollen wir dem Heiligen Römischen Reich und desselben zugehörden / nicht allein ohne Wissen / Willen und

Zulassen ermelter Churfürsten samentlich nichts hingeben / verpfänden / versetzen / noch in ander weg vereusseren oder beschweren / sondern auch uns auffs höchste bearbeiten und allen möglichen fleiß und ernst fürwenden / das jenig so darvon kommen / als verfallen Churfürstenthumb / Herrschafften und andere / auch confiscirt und ohnconfiscirt merckliche Güter / die zum Theil in anderer frembder Nation hände ohngebührlicher weiß gewachsen / zum förderlichsten wieder dazu bringen / zuäigen / auch dabey bleiben lassen / und in diesem mit rath / hülff und beystand der Sechs Churfürsten / der andern Fürsten und Stände / jederzeit an die hand nehmen / was durch uns und sie für rathsamb / nützlich und gut angesehen / und verglichen seyn wirdt / doch männiglich an seinen gegebenen Privilegien / recht und gerechtigkeiten ohnschädlich.

10. Und ob Wir selbst oder die unseren ichtes das dem Heyl. Reich zuständig / und nicht verliehen / noch mit einem rechtmässigen Titul bekommen were / oder wurde / inn hetten / das sollen und wollen wir bey unsern schuldigen gethanen Pflichten demselben Reich / ohne verzug / auf ihr der Churfürsten gesinnen wieder zu handen wenden / zustellen und folgen lassen.

11. Wir sollen und wollen uns dazu in zeit bemelter unserer Regierung friedlich und nachbarlich gegend en Anstössern und Christlichen Gewalten halten / kein gezänck / vehdt / noch krieg / inn oder ausserhalb des Reichs von desselben wegen anfahen oder undernehmen / noch einig frömbd Kriegs Volck ins Reich führen / ohne vorwissen / rath und bewilligung des Reichs Ständen / zum wenigsten der sechs Churfürsten: wo wir aber von des Reichs wegen / oder das heylig Reich angegriffen und bekriegt würden / alsdan mögen wir uns dargegen aller hülff gebrauchen.

12. Dergleichen sie die Churfürsten / andere desselben Reichs Stände mit den Reichs-Tägen / Cantzeleygeldt / nachreissen / auflagen oder steuer / ohnnottürfftiglich und ohne redliche dapffere ursach nicht beladen noch beschweren / auch in zugelassenen nottürfftigen Fällen die Steuer-ufflag und Reichstäg ohne wissen und willen der sechs Churfürsten wie obgemeld darin erfordert / nicht ansetzen noch ausschreiben / und sonderlich keinen Reichstag ausserhalb des Reichs Teutscher Nation fürnehmen oder außschreiben.

13. Wir sollen und wollen auch unsere Königliche und des Reichs ämter am Hoff und sonst im Reich auch mit keiner andern Nation dann gebohrnen Teutschen / die nicht nideren Stands noch wesens / sonderen nahmhafftig redlich Leuth / von Fürsten / Graven / Herren von Adel / und sonst dapffers gutes herkommen / hohen Personen besetzen und versehen / die sonst niemand als uns und dem heiligen Reich mit pflichten und diensten verwand seyn / auch obmelten ämbter bey ihren ehren / würden / fällen / rechten und gerechtigkeiten bleiben / und denselben nichts entziehen oder entziehen lassen / in einige weeg / sonder gefehrde.

14. Dar-

14. Darzu in schrifften und handlungen des Reichs kein ander zungen noch sprach gebrauchen lassen / dan die Teutsch oder Lateinisch zung / es were dan an orthen / da gewöhnlich ein ander sprach in übung were und gebrauch stunde / alsdan mögen Wir und die unseren Vns derselbigen daselbst auch behelffen.

15. Auch die Churfürsten / Fürsten / Prälaten / Graven / Herren / von Adel / auch andere Stände und unterthanen des Reichs / mit rechtlichen oder gütlichen tagleistungen ausserhalb Teutscher nation, und von ihren ordentlichen Richtern nicht dringen / erfordern noch fürbescheiden / sondern Sie alle und jede / insonderheit im Reich / laut der gülden Bull / auch wie des heiligen Römischen Reichs ordnung und ander gesetz vermügen / bleiben lassen.

16. Vnd als über und wider concordata Principum auch auffgerichtete verträg zwischen der Kirchen Päbstlicher Heiligkeit oder dem Stuel zu Rom und Teutscher Nation mit unförmlichen Gratien, Rescripten, Annaten der Stifft / so täglichs mit manigfältigung und erhöhung der Officien am Römischen Hoff / auch reservation, dispensation und in andere wege / zu abbruch der Stifft geistlichkeit und anders wider gegeben freiheit / darzu zu nachtheil Juris Patronatus und den Lehen-Herren stetigs und ohn underlassig offentlich gehandelt / derohalben auch unleidlich verbotten gesellschafft und contract oder bündnuß / als wir bericht / fürgenommen und aufgericht worden. Das sollen und wollen wir mit ihr der Churfürsten / Fürsten und anderer Stände rath bey unserm heiligen Vatter dem Pabst und Stuel zu Rom unsers besten vermögens abwenden und fürkommen / auch darob und daran seyn / daß die vermelte concordata Principum und aufgerichte verträg auch Privilegia und Freyheiten gehalten / gehandhabt und denselben vestiglich gelebt und nachkommen / jedoch was beschwerung darinn funden und mißbreuch entstanden / daß dieselbigen vermög deßhalben gehabter handlung zu Augspurg der mindern Zahl im dreisigsten Jahr gehaltnen Reichstages abgeschaft / und hinfürter dergleichen ohne verwilligung der Churfürsten nit zugelassen werden.

17. Wir sollen und wollen auch die grosse gesellschafften der Kauffgewerbleuth / so bißhero mit ihrem gelt regirt / ihres willens gehandelt und mit theurung viel ungeschickligkeiten dem Reich / des innwohnern und unterthanen mercklich schaden / nachtheil und beschwerung zugefügt / einfüern / und noch täglich thuen geberen / mit Ihrer der Churfürsten / und anderer Stände rath wie dem zubegegnen / hie vor auch bedacht und fürgenommen / aber nicht vollstreckt worden / gar abthuen.

18. Wir sollen und wollen auch insonderheit / dieweil Teutsche Nation und das Heilig Reich zu wasser und zu land zum höchsten vor damit beschwert / nun hinführo keinen Zoll von neuem geben / noch einige alte erhöhen lassen / ohne besondern rath / wissen / willen und zulassen der bemelten sechs Churfürsten / wie vor und offt gemelt.

19. Und da jemand bey Uns umb neue Zollsbegnadigung oder erhöhung der alten und vor erlangten Zöllen suppliciren und anlangen würde / so sollen und wollen Wir ihme einige vertröstung / Promotoriales oder vorbitliche schreiben an die Churfürsten nicht geben / oder außgehen lassen.

20. Auf dem Fall auch einer oder mehr / was Stands und Wesens der oder die weren / die einigen neuen Zoll in ihren Fürstenthumen / Landschafften / Herrschafften und gebieten für sich selbst / ausserhalb Unser begnadigung und der sechs Churfürsten bewilligung angestellt / oder aufgesetzt hetten / oder künfftiglich also anstellen und auffsetzen würden / den oder dieselben / so bald wir dessen für Uns selbst in erfahrung kommen / oder von anderen anzeig davon empfangen / sollen und wollen Wir durch mandata sine clausula und in alle andere mügliche weg davon abhalten und gantz und zumal nit gestatten / daß jemand de facto und eigens fürnehmens neue Zöll anstellen / oder sich deren gebrauchen und einnehmen müge.

21. Und nachdem etliche zeit hero die Churfürsten am Rhein mit vielen und grossen Zollfreyungen über ihre freyheit und herkommen offtermahls durch forderungs brieff und in andere weg ersucht und beschwert worden / das sollen und wollen wir als unträglich abstellen / fürkommen und zumahl nicht verhengen noch zulassen fürter mehr zu üben noch zubeschehen.

22. Und insonderheit so sollen und wollen Wir / ob einiger Churfürst / Fürst oder andere seine Regalien / Freyheiten / Privilegien / recht und gerechtigkeiten halber das ihme geschwecht / geschmählert / genommen / bekümmert oder betrübt worden / mit seinem gegentheil und widerwertigen zu gebührlichen rechten kommen / oder fürzufordern unterstehen wolte / oder auch anhängig gemacht hätte / dasselb und auch alle ander ordentliche schwebend rechtfertigung nicht verhinderen noch verbieten / sondern den freyen starcken lauff lassen.

23. Wir sollen und wollen auch die Churfürsten / Fürsten / Prälaten / Graven / Herren und andere Stände des Reichs selbst nicht vergewaltigen / solches auch nicht schaffen / noch andern zuthun verhengen / sondern wo Wir oder jemand anders zu ihnen allen oder einen insonderheit zu sprechen hetten / oder einige forderung fürnehmen / dieselben sambt und sonder auffruhr / zwitracht und ander unrath im Heil. Reich zuverhüten / auch fried und einigkeit zu erhalten / zu verhör und gebührlich rechten stellen und kommen lassen / und mit nichten gestatten in den oder andern sachen / in was schein oder under was nahmen es geschehen mögt / darinn sie ordentlich recht leiden mögen und das uhrpüttig seyn / mit raub / nahm / brand / vehden / krieg oder ander gestalt zubeschädigen / anzugreiffen oder zuüberfallen.

24. Wir sollen und wollen auch fürkommen / und keines wegs gestatten / daß nun hinführo jemands hoch oder niedern stands / Churfürst / Fürst / oder andere ohne

ohne ursach / auch ohnverhört in die Acht und Aberacht gethan / bracht oder erklehret werden; sondern in solchen ordentlicher Processt und des H. Römischen Reichs vor aufgerichte satzung / nach außweisung des Heiligen Reichs in bemeltem fünff und fünffzigsten Jahr reformirter Cammer-Gerichts ordnung in dem gehalten und vollzogen werden / doch dem beschädigten sein gegenwöhr vermüg des Landfriedens ohnabbrüchig.

25. Und nachdem dasselb Römisch Reich fast und höchlich in abnehmen und ringerung kommen / so sollen und wollen Wir neben anderen die Reichs steuer der Stätt und ander gefäll/so in sonderer persohn hände gewachsen/und verschrieben/wieder zum Reich ziehen / und nit gestatten / daß solches dem Reich und gemeinen nutz wider recht und alle billigkeit entzogen werde / es were dann / daß solches mit rechtmässiger bewilligung der sechs Churfürsten beschehen were.

26. Wann auch lehen dem Reich und uns bey zeit unserer regierung eröffnet / und lediglich heimfallen werden so etwas merckliches ertragen / als Fürstenthum / Graffschafften / Herrschafften / Stätt und dergleichen / die sollen und wollen wir ferner niemands leihen / sondern zu unterhaltung des Reichs / unser und unserer nachkommen der König und Keyser behalten / einziehen und incorporiren / biß so lang dasselb Reich wieder zu wesen und aufnehmen kombt / doch uns von wegen unserer Erblande und sonst männiglich an seinem rechten und freyheiten unschedlich.

27. Auf dem fall aber zukünfftiger zeit / Fürstenthum / Graffschafften / Herrschafften und andere güter dem Heiligen Reich mit dienstbarkeiten / Reichsanlagen und steuren und sonst verpflicht/dessen Jurisdiction unterwürffig und zugethan/nach absterben dero inhaber uns durch Erbschafft heimfallen oder aufwachsen und wir die zu unsern handen behalten / oder andern zukommen lassen würden / davon sollen dem heiligen Reich seine recht / gerechtigkeiten / anlagen / steuren / und andere schuldige pflicht / wie daruf herbracht / geleist/abgericht und erstattet werden.

28. Wo wir auch mit rath und hülff der Churfürsten und anderer Stände des Reichs / ichts gewinnen / überkommen oder zu handen bringen / das alles sollen und wollen wir dem Reich zuwenden / und zueigen; wo Wir aber in solchem ohne der Churfürsten / Fürsten und anderer Stände wissen und willen ichtes fürnehmen / darin sollen sie uns zu helffen unverbunden seyn / und wier nichts desto minder das jene / so wier in solchem erobert oder gewonnen hetten oder würden / und dem Reich zustünde/dem Reich wieder zustellen und aignen.

29. Und nachdem im Reich bißhero viel beschwerung und Mangel der Müntz halben gewesen / und noch seyn / wollen wier dieselbigen zum fürderlichsten mit rath der Churfürsten / Fürsten und Stände des Reichs zuvorkommen/

men / und in beständigliche ordnung und wesen zustellen / müglichen fleiß fürwenden.

30. Wir sollen und wollen auch hinführo ohne vorwissen der Sechs Churfürsten niemands / was Stands oder wesen der sey / mit müntz freyheit begaben oder begnadigen.

31. Und insonderheit sollen und wollen wir uns auch keiner succeßion oder erbschafft des offternenten Römischen Reichs anmassen / underwinden / noch in solcher gestalt underziehen / oder darnach trachten / auf Uns selbst / Unser Erben und nachkommen / oder auf jemand anders understehen zuwenden / sondern Wir / dergleichen unsere Kinder / Erben und nachkommen die gemelten Churfürsten / ihr Nachkommen und erben zu jeglicher zeit bey ihrer freyen wahl / auch Vicariat, wie von alters her auf sie kommen / die Gülden Bull / Bäbstlich recht und andere gesetz oder freyheiten vermügen / so es zu fällen kommen / die notturfft und gelegenheit erfordern würde / auch bey ihrem gesunderten rath / in sachen so das heilig Reich belangen / geruhiglich bleiben und gantz unbedrängt lassen; Wo aber dawider von jemands gesucht / gethan / oder die Churfürsten in dem getrungen würden / das doch keines weges seyn soll / das alles soll nichtig seyn und dafür gehalten werden.

32. Wir sollen und wollen auch die Römisch Küniglich Cron / wie Uns als erwehlten Römischen Künig wohl gezimbt / empfahen / und anders / so sich deshalb gebührt / thun / auch Unser Künigliche Residentz / anwesen und hoffhaltung in dem Heil. Römischen Reich Teutscher Nation, allen glidern / Ständen und underthanen desselben zu ehren / nutzen und gutem des mehrentheils so viel müglich haben und halten / und nachfolgends so sich der fall erledigung des Keiserthums begebe / das der Allmächtig lang mildiglich verhüten wolle / Uns alsdan und nicht eher zum besten befleissigen die Keyserlich Cron zu zimlicher gelegener zeit zum schierstem zuerlangen / und alle und jede Chur-Fürsten ire ampt zuversehen / zu solcher Crönung thuen erfordern / Uns auch in dem allen dermassen erzeigen und beweisen / daß unsert halben an aller möglichkeit kein mangel gespührt oder vermerckt werden soll.

33. Wir sollen und wollen auch Uns keiner regierung noch administration im H. Römischen Reich weiter oder anders unterziehen / dann so viel Uns des von Keis. Mayst. vergönnt und zugelassen wird / das wir auch ihrer Keys. Maj. die zeit ihres Lebens an ihrer Hoheit und würden des Keiserthums kein irrung oder eintrag thun sollen noch wollen.

34. Wir wollen auch in dieser Unserer zusag der gülden Bull / des Reichs Ordnung / dem obangeregtem frieden in Religion und Prophan sachen / auch dem Landfrieden / sampt handhabung desselbigen und andern gesetzen / itzo gemacht / oder künfftiglich durch Uns mit ihrer der Churfürsten und Fürsten auch

auch anderer Stände des Reichs rath möchten auffgericht werden / zuwider kein rescript oder mandat, oder ichtes anders beschwehrlichs außgehen lassen / oder zu geschehen gestatten / in einige weiß oder weeg / dergleichen auch für Uns selbst wider solche gülden Bull und des Reichs freiheit / den frieden in Religion und Prophan sachen / und Landfrieden sampt handhabung desselbigen von einiger höheren Obrigkeit nichts erlangen / noch auch / ob Uns etwas dergleichen auß einiger bewegnus gegeben wäre oder würd / nicht gebrauchen / in kein weiß / sonder alle gefehrd.

35. Ob aber diesen oder andern vorgemelten articuln und puncten einigs zu wider erlangt oder außgehen würde / das alles soll krafftloß / tod und ab seyn / inmassen wir es auch itzo als dann / und dann als itzo hiemit cassiren, tödten und abthun / und wo noth / der begehrenden parthey derhalb nottürfftig uhrkund oder briefflichen schein zugeben und widerfahren zulassen schuldig seyn sollen / arge list und gefehrde hierin außgeschieden.

36. Solches alles und jedes besonder / wie obstehet / haben Wir obgemelter erwehlter Römischer Künig den gedachten Chur-Fürsten geredt / versprochen und bey Unsern Küniglichen ehren / würden und worten im nahmen der warheit zugesagt / thun dasselb auch himit und in krafft dies Brieffs / inmassen Wir des einen leiblichen eyd zu Gott und dem heiligen Evangelio geschworen / dasselb steet / vest und unverbrochen zu halten / dem treulich nachzukommen / darwider nit zuseyn / zu thun / noch schaffen gethan werden / in einige weiß oder weeg / die möchten erdacht werden.

37. Deß zu uhrkund haben Wir dieser brieff sechs in gleichem laut gefertigt / und mit Unserm anhangenden Insigel besiegelt / und jedem obbenantem Chur-Fürsten einen zustellen lassen. Der geben ist in Unser und des heiligen Reichs Statt Franckfurt am Meyn / am tag des heiligen Apostels Andree / den letzten tag des monats Novembris / nach Christi unsers lieben Herren und Seligmachers geburt / tausend fünff hundert und in dem zwey und sechszigsten jahr / Unserer Reiche des Römischen im ersten / und des Böheimischen im vierzehenden.

Maximilian.

Ad mandatum Domini Regis
proprium

H. Lindegg.

Daß diese Copia Capitulationis Maximiliani II ihrem wahren und unversehrten beym Chur-Pfältzischen Archivo befindlichen Originali von wort zu wort gleichlautend seye / attestire hiemit. Heydelberg den 5. Martii 1682.

J. B. Otto, Archivi Adjunctus.



